

02 3 114



Handwritten text on the right edge of the page, including numbers 1 through 29 and some letters.



- 1 de privilegiis Anstler ety. 681  
 2 de iuribus nobilitatis Aug. 708 de hollfren  
 3 de q. p. e. c. tormenta bellica Gedan 708 de Engelke  
 4 de probatione in possessione Gess. 704 de Bernogger  
 5 ad libr. 13 ff. Hal de Schroeder  
 6 ad libr. 14 ff. Hal de Goff  
 7 ad libr. 15 et 16 ff. Hal de Luch  
 8 de compensationis depositi et mandati Hal de Bertram  
 9 de diversis formis pactis Hal de Spolan  
 10 de conditionibus contractuum resolutivis Hal de Kuefensbrich  
 11 de assignationis inter mercatores Hal de Masthoff  
 12 de variis colonorum generibus Hal de Schottel  
 13 de constitutione et persecutione peccatorum Hal de Lind  
 14 de hypotheca tacita in feudi Germania Hal de Mucaburg  
 15 de intercessionem venalem Hal de Hoffmann  
 16 de immunitate a prostratione eversionis Hal de Breisov  
 17 de conventionibus usurarii Hal de a Dalt  
 18 de oppignorati territorii Hal 706 de Gündling  
 19 de emigrand. de Simon sen. 70 de a Kurling  
 20 de absolute in foro poenitenti de evit. de Simon sen 71 de Jernowald  
 21 de singularibus obsequii verbis de Keyke. Kiel 709 de a Wasprand  
 22 de iuribus in parva et placencia Ducatus de Muspau Kiel 709  
 23 de representatione furis punitivum, quocum de Cortreij 706  
 24 de arbitrio peditis de Kestner Kest 709 de Cranz  
 25 de f. Haffico in Ducatum Brandenburgum de Kestner Kest 709 de Arant  
 26 de herede in re certa instituto de Berger Witt 709 de ab Oppil  
 27 de discrimine bonorum uxoris de Berger Witt 709 de a Berge  
 28 de eorum proprietate, origine domini de Berger Witt 709 de a Berge  
 29 de iuribus patri dotali. Contemplaver super nuptiis gratis nuptio





FRANCISCI - WOLFFGANGI - VOLMARI  
Nob. Dn. ab Andlern,  
S. R. I. & Archi-Ducal. Austr. Equitis,


*DISSERTATIO JURIDICA*  
*de*  
**PRIVILEGIIS.**

---

ARGENTORATI

*Literis* JOAN-JACOBI DOLHOFFI,  
*Anno* M DC LXXXI.





*Illustribus, Præ-Nobilibus & Generosis*

**DOMINIS,**

**DNN. N. N.**

totique Ordini Equestri

**ARCHIDUCATUS AUSTRIÆ**

infra Onasum,

*Dominis meis gratiosis*

*& colendisimis,*

hoc,

quicquid est Exercitii Academici,

de

**PRIVILEGIIS,**

sacrum & solenne pietatis gratique

animi

monumentum esse

vult

*devotus ac perpetuus tantorum*

**NOMINUM**

cultor


**A. & R.**

**N**on auderem, DO-  
 MINI & PATRO-  
 NI MAGNI, hasce  
 pagellas Vestris of-  
 ferre conspectib<sup>9</sup>; nisi veniam pol-  
 liceretur insignis illa Benignitas,  
 quâ vel inter publici officii curas  
 & sollicitudines, sacrarum Legum  
 prudentiam honorando, univer-  
 sâ rei literariæ promovetis incre-  
 menta. Quod beneficium sicut  
 aliis mecum commune est, ita sin-  
 gularis Benevolentia Vestra fru-  
 ctus erga Familiam nostram emi-  
 net, dum eandem [quod præfi-  
 scini



scini dictum esto! ] jam inde ab  
 Avorum memoriâ inter Nobiles  
 Imperii immediatos recensitam  
 in Nobilissimum Vestrum Archi-  
 Ducale Collegium Equestre sus-  
 cipere & Privilegiorum omnium  
 participem facere haut fuistis de-  
 dignati: Quid mirum itaque, si  
 grati obsequiosique animi qua-  
 lem cunquè significationem con-  
 testari cupiam? si Vobis, PA-  
 TRIÆ PATRES, me victu-  
 rum omnique submissionis gene-  
 re præstò futurum, hac quasi pu-  
 blica voce profitear? Nullus jam  
 dubi-

dubito, dum benevolentissimi affect<sup>9</sup> argumenta illa benigni facilesq; suppeditastis, quin exiguum hunc ingenioli foetum serena fronte sitis admissuri, & ut fulgentissima Nominis Vestri inscriptione exornatior incedat, benigne passuri. Non enim suo merito, sed sub dextra Favoris atque Comitatis aura ad Curia<sup>e</sup> Vestra<sup>e</sup> pulpita non difficilē sibi aditum promittit & Vestro sese Patrocinio fortunamq; omnem submisè commendat. Non deerit charissimus Parens, neque ullus



lus unquam è Familia nostra, quò  
minùs gratiam illam filio aut gen-  
tili collatam omni observantiæ at-  
que obsequii promptissimi specie  
quasi propriã sibi & posteris con-  
servent; quippe qui hanc voti no-  
stri legem vel summum esse agno-  
scim⁹, ut quàm maximè tùm com-  
munis Patriæ, tùm verò laudatis-  
simi Vestri Collegii Equestris sa-  
lutem pro virili procuremus. Agi-  
te igitur **MOECENATES**  
**COLENDISSIMI**, quâ inge-  
nitâ Vobis etiamnum Parentem  
respicitis benevolentia, eadem me  
quo-

quoq; , tanquam Clientem addi-  
ctissimum, quæso, complectimini.  
Neque enim alia mente Theses  
hasce privilegiarias offero, quàm  
ut pariter veneranda Nomina Ve-  
stra in æternùm valiturâ reveren-  
tiâ recolere liceat & profequi.  
DEUS, omnium rerum Arbiter,  
Vos omnes & singulos egregio pu-  
blico quàm diutissimè & florentis-  
simè salvos præstet ac incolumes!  
Ita precor animitùs

*VV. Illustr.*<sup>um</sup>

*Præ-Nob.*<sup>um</sup> & *Generos.*<sup>um</sup>

*Excellent.*<sup>arum</sup> ac *Dominat.*<sup>onum</sup>

*obsequiosissimus cliens,*

Franc. Wolffgang. Volmarus ab Andlern.



C. B. D.

DISPUTATIO JURIDICA

DE

PRIVILEGIIS.

I.

**P**rivilegium à legendo sive colligendo dicitur, ut spicilegium, florilegium, extra dubium est. Malunt tamen alii allusionem & privilegium, quasi *privatam Legem* deducunt. Privilegia, inquit Gratianus, sunt leges privatorum, quasi privatae leges. Nam privilegium dictum est eò, quòd in privato feratur. *in can. privilegia. 4. dist. 3. & alibi: Privilegia dicuntur quasi privata legia, eò quòd privatam legem singulis generent. in can. fin. circa fin. caus. 25. q. 1. Everhard. in Loc. Legal. 4. n. 10. Schurf. cent. 3. consil. 29. n. 7. vel, quasi privans legem, sc. quòd privilegium contineat exceptionem à lege communi. Alex. lib. 5. consil. 189. n. 14. Schurf. cent. 3. consil. 73. n. 7. Veteres autem *privas* dicebant, quæ usitatiùs singula. Gell. Nov. Attic. Lib. 10. c. 20. Cujac. lib. 15. obs. 8. Rittershus. in LL. XII. tabb. class. 2. cap. 2. Unde non ineptè putant derivari Latin. *Privus* ab Hebræo, *Pharao*, i. e. homo multis privilegiis & imunitatibus gaudens, exemptus jure communi; ex quo sine omni dubio nostris usitatum *Baro*, & Germanicum *Frey*/vid. Becmann. in Origin. in voc. *Pharao*. pag. 610.*

II. Interdum denotat ipsam Constitutionem, quæ Jus singulare præstat. *arg. l. si ventri. 24. pr. ibi: privilegium cessabit. de reb. aut. jud. l. 2. ibi: cessat privilegium fisci. C. de privil. fisci. l. fin. ibi: antiquam privilegiorum prærogativam servari. C. de decur. urb. Rom. can. fin. circa fin. ibi: privilegiorum autoritate. caus. 25. q. 2.*

A

inter

interdum ipsum diploma seu scripturam, quā certa quaedam prærogativa continetur. *arg. l. decernimus. 16. C. de SS. Eccles. cap. 1. X. Ut lit. pend. nihil innov. can. contra. 8. dist. 100. cap. si Papa. 10. in pr. de privileg. in 6. ut, cūm dicimus, privilegia esse inspicienda. cap. porro. 7. X. de privileg. tenorem privilegiorum diligenter attendendum. cap. recipimus. 8. X. eod. privilegia integraliter esse exhibenda. cap. accepimus. 4. & cap. contingit. 5. X. de fid. instrum. cap. cūm persona. 7. de privileg. in 6. privilegium esse falsum vel falsatum. in cap. inter dilectos. 6. vers. eadem falsitatis. X. d. 1. de fid. instrum. capitulum privilegii. cap. quoniam. 21. X. de privileg. privilegium donationis. d. cap. 6. vers. Sed contra. de fid. instrum.*

III. Frequentiùs de ipsâ facultate seu prærogativâ sumitur, quæ ex singulari constitutione competit. Ita dicimus privilegia dignitatum, *l. obsistere. 10. C. de annon. & tribut. l. ad portas. 7. C. de oper. publ. militaria. l. impuberi. 40. de administr. tut. l. ex his. 7. C. de testam. milit. Ecclesiarum. can. postea. 21. can. fin. caus. 25. quest. 2. domus Augustæ. l. un. C. de privileg. dom. Aug. corporatorum urbis Rom. l. un. C. de privileg. corporat. urb. Rom. dotis. l. un. C. de privileg. dot. Fisci. rubr. & t. t. C. de privileg. fisci. Scholarum. rubr. & t. t. C. de privileg. scholarum. eorum, qui in sacro Palatio militant. rubr. & t. t. C. de privileg. eor. qui in sacr. urbis Constantinopolitanæ. l. un. C. de privileg. urb. Constantin. pupilli. l. ex pluribus. 42. de administr. tut. l. defensor. 22. de tut. & rat. distrab. Civitatis, corporis. l. neq. 36. in fin. de fideic. libert. Legatorum. l. si quis. 5. de judic. revocandi domum. l. 1. de cess. bon. exigendi. d. l. 1. de cess. bon. l. si ventri. 24. §. 1. de reb. aut. jud. creditorum. t. t. de privileg. cred. s. d. t. l. 16. & seqq. de reb. aut. jud. Laicorum. cap. 2. X. de privileg. temporis. l. assiduis. 12. §. 1. C. qui prior. in pignor. Ita dicimus dare privilegium. in l. dabimus. 19. de reb. aut. jud. l. idem. 22. §. 1. eod. habere privilegium. l. quesitum. 17. d. l. 19. §. 1. l. qui in navem. 26. d. t. de reb. aut. jud. l. quod quis. 34. eod. l. 2. C. de privileg. qui in sacr. l. si cui. 38. pr. Ex quib. caus. major. accipere privilegium. l. Antiochensium. 37. de reb. aut. jud. consequi privilegium. l. ea qua. 58. C. de præd. decur. ad privilegium admitti. d. l. 17. §. 1. de reb. aut. jud. competere privilegium. l. idem. 22. de reb. aut. jud. privilegio locum esse. d. l. 17. pr. d. l. 19. §. 1. eod. privilegia non ex tempore, sed ex causa æstimari. l. privilegia. 32. d. t. speciali privilegio muniri.*

l. col-

*l. collegium. 8. C. de hered. instit. l. ea, quæ. 58. C. de præd. decur. conservari privilegia. l. si negotium. 23. de reb. aut. jud. l. qui nominibus. 44. §. 1. de administrat. tut. abjicere privilegia. d. l. 17. pr. de reb. aut. jud. auferre privilegium. l. 1. C. de decur. urb. Rom. renuntiare privilegio. l. 1. §. quis. in jus voc. revocari à privilegio. l. item hi. 4. Ex quibus. caus. major. Quanquam plurima hujusmodi etiam ad priores acceptiones non incommodè referri queant.*

IV. Synonyma ferè sunt, jus singulare sive auxilium vel remedium. *l. jus singulare. 16. de LL. l. 2. de testam. milit. can. fin. vers. Neque enim. caus. 25. q. 1. cap. Abbati. 25. circ. fin. X. de V. S. jus extraordinarium. l. in causa. 16. pr. de minor. l. divus. 7. in fin. de in integr. restit. l. pecunia. 5. C. de privileg. fisc. beneficium. l. non solum. 6. de in integr. restit. l. 1. & 2. C. de privileg. eorum, qui in sacro. l. fin. C. de privileg. dom. Aug. cap. sanè. 9. X. de privileg. favor. l. licet. 19. C. de pact. indultum. l. un. C. de privileg. corporat. l. neminem. 64. C. de decur. cap. 3. cap. ne aliqui. 5. & seq. de privileg. in 6. cap. indultum. 17. de R. I. in 6. indulgentia. l. 1. pr. unde cognat. cap. pastoralis. 19. X. de privileg. cap. cum persona. 7. eod. in 6. immunitas. l. 1. C. de privileg. dom. Aug. 1. 1. de jur. immun. vacatio. l. 2. C. de privileg. eor. 1. 1. de vacat. & excus. mun. prærogativa. l. fin. C. de fruct. & lit. expens. l. fin. C. de decurial. urb. Rom. l. un. C. de privileg. urb. Constant. cap. porro. 7. & seq. X. de privileg. cap. si Papa. 10. de privileg. in 6.*

V. Neque tamen inter illa nullam planè esse differentiam profitemur. Nam beneficia v. g. proprie *Dd.* illa appellant, quæ Princeps de suo secundum legem propter jus commune in nullius præjudiciũ largitur; privilegia verò, quæ contra jus, neq; sine alterius incommodo. *vid. Panormit. in cap. licet. 4. in fin. X. de translat. Episc. Jason in l. pen. n. 25. & seqq. de constit. Princ. Schurf. cent. 3. consil. 73. n. 7. & seq.* Ita multum interest inter jus singulare & privilegium, tametsi valdè cognata esse videantur. Nam potest quidem omne privilegium dici jus singulare, quatenus in eo receditur à communibus juris regulis ac rationibus: sed non contrà, omne jus singulare est privilegium; sed illud demum, in quo hæc duo concurrunt. 1. ut sit discrepantia à jure communi. 2. ut in unum vel de uno sit conceptum. *vid. Cujac. lib. 15. obs. 8. Rittershus. ad l. XII. tabb. class. 2. cap. 2. vers. Sed quò melius. Connan. lib. 1. commentar.*

*mentar. cap. 15. n. 5. quod verum est, si res ad religionem antiquitatis referatur; nam postea privilegium latius usurpatum, uti docet Coraf. in d. l. jus singulare. 16. circ. pr. de LL. & in l. un. n. 17. de Offic. Prof. Prat. Add. Felin. in cap. contingit. 5. n. 4. X. de fid. instrum. ubi de differentiâ inter privilegium & indulgentiam.*

V I. Definiri non malè privilegium potest *prærogativa quædam, à jure communi vel ex speciali Principis indulgentiâ ob certam rationem alicui concessa.* Dividitur (1.) in reale & personale; quorum illud rei vel causæ, hoc verò personæ intuitu conservatur. *l. in omnibus. 68. l. privilegia. 196. de R. I. cap. privilegium. 7. de R. I. in 6. l. forma. 4. §. 3. de censib.* (2.) in perpetuum & temporale; quorum illud sine limitatione temporis conceditur, hoc ad certum tempus, personam vel conditionem restringitur. *arg. cap. si gratiose. 5. ibiq. Dd. de rescript. in 6. (3.) in id, quod ex jure communi, vel ex singulari Principis gratiâ descendit. arg. l. fin. C. de fruct. & lit. expens. (4.) in id, quod in alicujus favorem vel odium concipitur. arg. l. 1. §. 1. de constit. Princ. (5.) in id, quod motu proprio vel ad petitionem alterius conciliatur. arg. cap. si motu. 23. de præbendis. in 6. quibus addunt Dd. (6.) gratiosum vel remunerativum (7.) affirmativum vel negativum (8.) referens sive ad instar, vel absolutum. vid. P. Friderici in disput. de privilegiis th. 5. & seqq. vol. 2. Disput. Basil. 28. Hahn. in Observ. ad tit. de constit. Princip. n. 2. Quorum omnium natura & vis ex evolutione causarum & effectuum sese ostendet.*

V II. Nullus autem sibi usurpare præsumat, quæ sibi non videantur concessa. *arg. can. amputato. 11. caus. 25. q. 2. cap. sanè. 9. X. de privileg. sed à Principe legitimo modo impetret. arg. Nov. 6. cap. 2. àbi: Nisi hoc per Imperialem fiat usionem.* Hunc enim rebus humanis Deus proposuit, ut possit, quæ noviter contingunt, & emendare & componere, & modis ac regulis competentibus tradere. *l. 2. §. sed quia. 18. l. 3. §. si verò. 18. C. de V. I. E. Fac. l. fin. §. 1. C. de LL. l. omnium. 19. C. de testam. cap. 1. de constitut. in 6.* Quod de Principe privilegiorum autore dicimus, obtinet quoque, si non unus, sed plures Rempublicam sive Aristocratico sive Democratico regimine administrant. *arg. l. omnes. 9. de I. & I. can. scitote. 2. caus. 6. quest. 3. Gothofr. in disput. de privileg. A. 1604. Argent. habitâ th. 2. lit. a. Frideric. in disput. de privileg. th. 12. & seqq. Henning. Rennemann. de princip. Jurispr. disput. 10. th. 19. & seqq.*

VIII. Ne-



VIII. Neque verò solus summus Magistratus, sed etiam is, qui ab eo concedendi potestatem nactus est, privilegia dare poterit. *arg. l. 3. §. planè. 4. Quod vi aut clam. l. pen. in fin. de Offic. Prætor. l. item eorum. 6. pr. Quod cujusq; universit. l. 3. l. fin. de decret. ab ord. fac. l. Magistratus. 25. ad municip. l. 1. C. de emancip. lib. Quare Synodo. arg. can. 2. caus. 25. q. 2. Episcopo. cap. 2. X. de major. & obed. cap. fin. X. de his, quæ fiunt à major. part. Capit. cap. fin. de constit. in 6. Senatui. arg. l. non ambigitur. 9. de LL. l. non tantum. 17. §. 1. de excus. tut. Præfecto Prætorio. arg. l. restituendæ. 6. §. fin. C. de advoc. divers. judic. Prætori. l. 1. pr. unde cognat. l. & mulier. 15. §. 1. de curat. furios. Frideric. d. l. th. 16. Rennemann. d. l. th. 23. Unde, quod effectum attinet, inter privilegia ipsorum Principum vel Magistratum subalternorum parum interest. A quocunq; enim, qui jus concedendi habet, acceperimus, jus ex privilegio consequemur; nisi fortè dicamus, personæ eminentiam privilegio auctoritatem quandam majorem tribuere, & privilegium ab inferiore concessum superioris legem non remittere. *arg. l. fin. de jurisd. Oldendorp. in Tr. de jure singul. tit. quotuplex sit jus singulare. in med. Gothofr. de privileg. th. 3. Rennemann d. th. 23. & seqq.**

IX. Quia tamen decantatissima est regula: *posse Principem vel Statum Imperii in suo territorio, quod Imperator in toto imperio.* Robert, Marant. *disp. 6. n. 14. Zas. 2. consil. 1. & in l. est receptum. 14. circa fin. de jurisd. Gail. lib. 2. obs. 57. n. 7. & lib. 1. de P. P. c. 6. n. 10. & seq. Oldendorp. class. 2. act. 9. rubr. de action. interd. Ne quid in loc. sacr. n. 4. Wes. 1. consil. 27. n. 28. & seqq. & consil. 45. n. 3. & ad tit. de his, qui not. in fam. n. 8. in med. Mager. de Advoc. armat. cap. 6. n. 77. & seqq. Reinking. de regim. secul. lib. 1. class. 5. cap. 6. n. 5. in fin. Limnæus I. P. lib. 4. cap. 8. n. 6. quæ & verissima est, modò rectè intelligatur. Oldendorp. d. l. Reink. d. l. n. 120. & seq. & n. 156. & seqq. Limn. d. n. 6. & seqq. Dn. Sprenger. in Instit. I. P. lib. 2. cap. 2. vers. Sed propius. Hinc concludunt Dd. posse Status Imperii Privilegia, Leges & Statuta concedere contra jus commune. Gail. de Arrest. Imper. cap. 9. n. 1. Paurmeist. de jurisd. lib. 1. cap. 8. n. 12. in pr. Rennemann. de Princip. jur. disp. 10. d. th. 23. etiam Imp. inconsulto. Reink. d. cap. 6. n. 9. Sprenger. d. lib. 2. cap. 5. vers. Hic observetur. putâ, si id specialiter impetraverint. Nam Status Imperii in constituendo jure provinciali*

ciali ac municipali, adeoque privilegiis concedendis nihil juris habere; nisi id expressè vel tacitè ab universâ Rep. vel ejus loco à Cæsare sit concessum, verius est. Schrader. *de feud. part. 4. cap. 1. n. 4.* Paurm. *d. n. 12. in fin.*

X. Sed & tacitè per consuetudinem privilegia dedisse videtur, si Princeps aliquem prærogativâ uti patiatur. *arg. d. l. 6. pr. Quod cujusq. univ. nom. l. venditor. 13. §. 1. commun. pradior. l. 1. C. de servit. & aq.* Nihil enim interest, diplomate Princeps voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis. *arg. l. de quibus. 32. §. 1. de LL. imò præstantiora sunt, quæ moribus & consuetudine, quàm quæ literis continentur. Paurm. d. l. cap. 5. n. 50.* Nam vetustas semper pro lege habetur. *l. diuturna. 33. de LL. l. 1. in fin. & l. 2. pr. de aq. & aq. pluv. & mos antiquus in prærogativis & privilegiis est observandus. arg. can. mos antiquus. 6. & seqq. dist. 65. can. conquestus. 8. caus. 9. q. 3.* Sed quale tempus hîc requiritur? cujus origo memoriam excessit. *arg. l. 3. §. ductus. 4. de aq. quotid. cap. super quibusdam. 26. vers. præterea. X. de V. S. Frideric. de privil. th. 16. & seqq.* Et passim Dd. tempus immemorialè tradunt habere vim privilegii & juris plenissimi. *Gl. in cap. cum nobis. 14. in verb. non nisi centum annorum. X. de præscrip. Panormit. in d. cap. 26. §. præterea. n. 5. de V. S. Mynsing. cent. 1. observ. 30. & cent. 5. observ. 24. Sixtin. de Regal. l. 1. cap. 5. n. 139. & consil. 9. n. 31. vol. 1. Marpurgens. Reinking. lib. 1. class. 4. cap. 16. n. 43. & class. 5. cap. 2. n. 26.*

XI. Neque sufficit tamen, obtentum esse privilegium ab eo, qui dandi facultatem habet, nisi id fiat legitimo modo. *arg. l. si queramus. 4. Qui testam. facere poss. l. quidam. 14. vers. Ego autem. de jure codicill.* Nam si secus factum fuerit per exceptionem *sub & obreptionis* facilè eluditur. *vid. infr. th. 52.* Igitur ex parte concedentis requiritur, ut de voluntate illius certò constet. Voluntas enim Superioris hîc utramque facit paginam, & sicuti in legibus; ita quoq; in privilegiis potissimùm attenditur. *arg. l. sed & quod. 6. pr. de I. N. G. & C. l. 1. pr. de constit. Princ. cap. porro. 7. & seq. X. de privileg. cap. cum persona. 7. eod. in 6. cap. accepimus. 4. & seq. X. de fid. instrum. non quidem vaga illa & incerta, sed quæ cum ratione & consilio operatur. arg. l. Thais. 41. §. sorore. 4. in fin. de fidei. libert. cap. sanè. 9. X. de privileg.* Errant enim, qui de cœcâ cupidine & inconsultâ, quod lubet

bet agendi voluntate hoc arbitriū Superioris accipiunt; sed causæ subesse debent legitimæ honestæque, v. g. studium boni publici. *arg. Nov. 72. in pr. l. Imperialis. 23. in pr. C. de nupt. justitiæ severioris cum benignitatis mixturâ temperatæ. arg. can. disciplina. 10. dist. 45. Rennemann. d. l. th. 60. 28. & seqq.*

XII. Et quidem privilegia illa, quæ *Dd.* appellant *Corpore Juris inclusa* (vid. *infra th. 30. & seqq.* perpetuam & constantem habent in naturâ positam rationem; de aliis autem indultorum speciebus, quæ momentanea sunt, generaliter tenendum; quod, tametsi Magistratum autoritas propter aliquam utilitatem solvere possit vincula legum communium. *arg. d. §. 6. de I. N. G. & C. d. l. 1. de constit. Pr. nec semper & in omni re exigenda sit ratio, quare aliquid concedatur, sicuti probat Julianus in l. non omnium. 20. de LL. ea potestas non sit ultra modum ad omnes affectus extendenda, sed maximè cavendum, ne ulli grave damnum inferatur, juxta l. servitutes. 14. §. fin. de servitut. l. si quis. 12. in pr. de religios. l. 2. de prec. Imp. offer. l. nec avus. 4. C. de emanc. lib. Add. *infra th. 52.* Omnibus Magistratibus semper hæ sententiæ in concedendis privilegiis ob oculos versandæ sunt: *Quantò plus liceat, tam libeat minus.* Item: *Multa licent, quæ non æquè expediunt semper & c.* uti graphicè docet *Oldendorp. de jure singul. d. l. Idem est, quod Dd. nostri inculcant, Principem in difficilibus difficiliorem se reddere debere. vide Alexand. lib. 2. consil. 195. n. 10. Lancell. Conrad. in Templo omn. Jud. lib. 1. cap. 1. §. 4. de præstant. & potent. Imp. in rubr. privilegia potest concedere. n. fin. pag. 340.**

XIII. Non potest autem facilè de voluntate Principis constare, nisi legitimè diploma privilegii sit expeditum, & in scripturam redactum. *arg. l. 1. C. de Mandat. Princ. quippe quæ facilioris probationis gratiâ intervenire solet. arg. l. contrahitur. 4. de pignori. Felin. in rubr. X. de constit. n. 3. & seqq. Baro Enenkel. de privileg. lib. 1. c. 9. n. 39. & seqq.* Uti enim aliàs in omnibus stylus curiæ est observandus. *Panormit. in cap. ex literis. 11. n. 6. X. de constitut. Gail. de Arrest. cap. 13. n. 6. ita vel maximè in concessione privilegiorum. Panormit. in cap. 1. n. 6. X. ut lit. pendent. Felin. in cap. 2. n. 16. X. de rescrip. Rennem. disp. 10. th. 70. lit. a. & b.* Unde si rescriptum Principis deviat ab omni ratione & communi stylo curiæ; impetrans de

de falsitate suspectus, unâ cum rescripto illo remitti debet ad concedentem. *cap. 2. in fin. ibique Gl. in voc. presentiam. X. de rescript. Fac. can. in memoriam. 4. vers. si verò. dist. 19.* Idem est, si privilegium contra formam solitam sit obtentum. *arg. cap. causam. 19. in fin. ibiq; Gl. in voc. rationi. X. de testibus. & attestat.* Nam & ipsum suspectum est, neq; executioni mandari debet, sed altera jussio Superioris expectari. *arg. cap. si quando. 5. X. de rescript. Panormit. in d. c. 1. n. 6. Ut lit. non contest. & in d. c. 2. n. 4. de rescript. Rennem. d. l. th. 71. lit. b.*

XIV. An idiomate dantis, an verò eorum, ad quos privilegium dirigitur, exarandum sit? disquirunt *Dd. & tenent*, sufficere idioma utrinq; usitatum, ita ut ignorantia ejus causari quis nequeat. *arg. l. 1. §. fin. ibiq; Lud. Roman. n. 14. de V. O. l. sed etsi. II. §. 3. de instit. act. Felin. in d. rubr. X. de constitut. n. 7. & 8. Enenckel. d. cap. 9. n. 55.* Hodiè frequentius per Imperium idiomate Teutonico perscribuntur, ex quo per Edictum Rudolphi I. id injunctum; de quo *Goldast. constit. Imperial. ad ann. 1274. pag. 311.* Quomodo ex cancellatione, raturâ, sigillo obscuriore suspectum fiat privilegium. *vid. cap. 3. cap. inter dilectos. 6. & cap. fin. X. de fid. instrum. cap. cum olim. 12. in fin. X. de privileg. Menoch. remed. 4. adipisc. possess. n. 703, 709. & seqq. Ruland. de commissar. part. 2. lib. 5. cap. 29. & seqq. quomodo item ex errore dictionis Grammaticæ. vid. cap. ad audientiam. II. X. de rescript. cap. ex parte. II. X. de fid. instrum. ibiq; Dd. Pract. Pap. in Form. Oppon. contra instrum. in verb. Erratum. pag. 161.* Sed an Privilegia membranam sive pergamenum requirunt? Non videtur. *arg. l. sacri affatus. 6. C. de divers. rescript. l. quoniam. 15. C. de testam.* Nam Constitutio Maximiliani I. *in Rec. Imp. d. ann. 1512.* tantum de instrumentis Notariorum loquitur. *Blum. in process. Cameral. tit. 39. th. 9. Add. Ruland. d. l. part. 4. lib. 2. cap. 4. n. 25.*

XV. Olim quidem rescripta Principum non valebant, nisi sacro encausto à Principe fuissent subnotata. *d. l. 6. C. de divers. rescript. Panciroll. lib. 1. rer. memorabil. tit. de Encausto. ibiq; H. Salmurh. in Not. pag. 15. & seqq. cum annotatione Quæstoris sive Cancellarii: Quæstor legi. Nov. 114. cap. 1. ibiq; Gothofr. hodie verò sufficit, si atramento fiat; modò accedat subscriptio ejus, qui Principi in istis negotiis adsistit. Sim. à Grœn Wegen d. LL. abrogat. ad l. 1. C. quæ res venire non poss. ad d. l. 6. & Auth. fin. C. de divers. rescript. Wisenbach. ad tit. C. eod.*

ead. Quin etiam negotium in Principis consistorio deliberatum esse debet, si de causis Universitatis agatur. *arg. l. humanum. 8. C. de LL.* Nam in causis privatis sine Consiliariis concedi potest privilegium. *l. fin. §. fin. C. de divers. rescript.* Ruland. *d. cap. 4. n. 22. & seqq.* In Galliis peculiariter hæc verba Regum Edictis addenda sunt: *Quia sic Nobis placuit.* & propterea Sigillum Regium à Cancellario appendendum; qui si ob justas causas id facere recuset, privilegium vel ab ipso Rege concessum nullas vires habet; tradente Bodino. *de Rep. lib. 1. cap. 8. n. 85. circ. fin. & seqq.* In Sabaudia etsi privilegium à Principe, Secretario & Cancellario subscriptum sit, tamen antequam ab Ordine Rationalium homologatio, vel verificatio accedat, non valet. Anton. Fab. *in Cod. lib. 7. tit. 3. de fin. 2. n. 1. & lib. 9. tit. 29. de fin. 26.* Quid in obtinendis privilegiis in Curiâ Romanâ obtineat; latè prosequitur Octav. Vestrius *in Pract. Roman. Aula lib. 1. cap. 3. & seqq. ibiq.* Nic. Anton. Gravatius. *Add. Limnæus in Annot. ad Capit. Ferd. III. art. 46. in verb. Vorwissen und Bewilligung. & in verb. die gewöhnliche Tax-Gelder. & lib. 4. I. P. cap. 7. n. 23. in fin. in Addit. I. pag. 436. & seq. Sprenger. in Lucernâ I. P. pag. 175. & seqq.* Si Princeps Aulicis suis præmii loco literas Nobilitatis, vel Notariatus concedat, an eo casu taxam videatur remisisse? *vid. Anton. Fab. lib. 4. tit. 6. def. 1. n. 6.*

XVI. Concedi autem possunt privilegia earum rerum, quæ sunt in potestate dantis. Nam vana sunt illa, quæ potestatem illius excedunt, sive naturâ prohibitum sit, sive jure. *arg. l. verum est. 31. l. ea, quæ. 135. l. impossibilia. 185. l. ubi. 188. §. 1. de R. I. §. fin. Insti. de leg. l. fin. quæ sent. fin. appellat.* Renneman. *de princip. jur. disp. 10. th. 61.* Quare licet Augusta fortuna multa privilegia promeruerit; quippe quæ suis consiliis & laboribus pro toto Orbe terrarum sollicita est. *l. fin. vers. cum enim. C. de quadrien. præscript.* tamen vi Capitulationis Imperatoriæ titulos quidem Dignitatum. v. g. Ducum, Principum, Comitum, benemeritis & in Imperio bona immobilia sufficientia possidentibus concedere potest. *Capitul. Leopold. art. 44.* neminem tamen in Statum Imperii cooptare absq; consensu Electorum vel illius Collegii, cui inferitur. *d. art. 44. Add. infr. th. 46.* Ita jus introducendi novi vectigalis, vel veteris augendi, perpetuandi, unanimum Electorum singulorum con-

B

sensum

fenfum requirit. Capitul. Leopold. art. 21. ut & jus Stapulæ. *ibid.* Collegialem tantummodò jus monetandi. *ibid.* art. 34. jus feuda majoris momenti, ut Principatus, Comitatus, Civitates, quæ per vacantiam vel confiscationem facta sint caduca, conferendi. *ibid.* art. 30. *vid.* Sprenger. *Instit. I. P. lib. 1. cap. 6.* Quæ limitata potestas tantum abest, ut Majestati Imperatoris deroget, ut potius securiorem eam faciat. Gothofr. *ad l. un. C. Ne quis in sua causa. Add. Carpzov. ad. L. Reg. cap. 12. in pr. & cap. 13. sect. 6. n. 19. n. 28. & seqq. Sprenger. d. l. cap. 28. circ. fin.*

XVII. Perpetua juris naturalis privilegia recenset Oldendorpius *de jure singular. paulò post pr.* & quidem numero septem. I. Visné, *inquit, beneficium, ut nobilem consequaris statum & valde magnificum Magistratum?* impera tibi ipsi. Et sanè majus te sequetur imperium, longèque gloriosiores expectabis triumphos, quàm si multas hostiù copias prostraveris. II. Quærisné indultum, *ut citò proveharis ad divitias?* contemne opes. Nam maximæ sunt divitiæ, non desiderare divitias; cùm avaro desint, tam quæ habet, quàm quæ non habet. Et is omnia possidet, qui nihil petit. III. Postulas, *te quadam locupletissimi vectigalis donari gratia?* utere parsimonia. Nam hæc optimum vectigal est, tùm parans, tùm conservans divitias. Nov. 3. *in fin. pr.* IV. Ambis, *ut singulari quodam jure concedatur tibi bellum, quod communi Lege interdictum est privatis?* pugna cum vitiis. Et summa fortitudinis laus te sequetur, qui tam strenuos hostes deviceris. V. Optas *per privilegium te eximi ab omnium metu, scilicet, ne quisquam tibi sit timendus?* cura ne conscientiam tuam timeas. Nullus enim gravior imminere potest adversarius, quàm tu ipse tibi. VI. Cupis *te immunem esse ab omni Magistratus jurisdictione?* Fac, quod bonum est & feres honorem à Magistratu, non pœnam, *Roman. 13.* VII. Desideras *meliolem ex privilegio, quam gubernas civitatem?* Cura, ut meliores educentur cives bonis literis & moribus. Hæc Oldendorp. *d. l.*

XVIII. Sed annon dispensationes videmus summorum Magistratum contra ea, quæ jure naturali, vel divino prohibita sunt? Duella permitti posse asserit Bodin. *lib. 4. de Repub. cap. 7. n. 475.* Guid. Pap. *q. 617. n. 2.* Gothofr. *de privileg. th. 77.* Maleficis remitti supplicia, vetus mos docet Judæorum. *Matth. 27. vers. 1. & seqq.*

*& seqq. Fac. cap. inter alia. 6. X. de immunit. Eccles.* Ita consuetudinis est, ut delicti gratia fiat, si Principum solenniter civitatem quandam intrantium currui supplices adhæreant. *vid. Wipo in Vit. Conrad. Salic. ap. Pistor. tom. 3. rerum German. pag. 428.* si Cardinales ad mortem ductis & fortè obviam factis mitram sive biretum Cardinalitium imponant. *Cæpoll. cautel. 2.* si mater septem filiorum vel uxor Præsidis provincialis Lucernæ aliisque Helvetiæ locis captivum suâ manu vinculis eximat. *Speidel. in Observat. lit. B. n. 57. in voc. Begnadigung. vers. Hodie. pag. 125.* si pro damnato ad mortem fœmina deprecetur ei que se nupturam promittat. *Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. ult. q. 98. n. 7. Carpzov. Prax. Crimin. part. 3. quest. 149. n. 49. & seqq.* si candidatus patibuli rupto fune in terram decidat. *vid. Barth. Gramond. Hist. Gall. lib. 10. ad. ann. 1621. pag. 490.* *& seqq.* si supplicium sit sumendum & interveniat Princeps. *Carpzov. d. l. q. 150. n. 12.*

**XIX.** Neque verò spectandum quid fiat, sed quid fieri debeat, *l. sed licet. 12. de Offic. Præs. &* quamvis consuetudines istas non penitus damnemus, ubi pœna ex delicto civili imponenda; detestamur tamen in criminibus naturâ probrosis. Nam jus *aggratiandi*, uti vocant, contra jus divinum vel naturale locum habere negant *Dd. vid. Covarruv. lib. 1. resolut. cap. ult. n. 8. & lib. 2. cap. 9. n. 2. Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 10. n. 165. Heig. part. 1. illustr. question. 24. n. 30. & seqq. Carpzov. d. q. 150. n. 29. & seqq.* neque in aliis quidem, nisi ex magnâ causâ exerceri volunt. *arg. l. 1. §. deinde. in fin. de postul. Damhouder. pract. rer. crim. cap. 150. in fin. Carpzov. d. q. 150. n. 44. & seqq.* Nam Philippus Maced. *R. Harpalo, pro amico intercedenti: Melius est, inquit, ut ipse, qui deliquit, ignominiam ferat, quàm ego. Plutarch. in Apophthegm.* Et Bias exprobranti, quòd casum hominis ad mortem damnandi defleret, cum liberare posset: *Necessarium quidem, ait, naturæ condolere, à Lege autem & justitiæ regulâ discedere periculosum. Stobæus Sermon. 44.* Cavendum itaque sedulò, ne facilitas veniæ tribuat incentivum delinquendi. *cap. ut Clericorum. 13. X. de vit. & hon. Cleric.* Nam sicut unius improbi supplicio, multorum improbitas coërcetur, ita qui uni improbo parcat, multis bonis minatur. *Cic. in Act. 3. contra Verr. & Publ. Syrus in Mim.* Quin imò metuendum, ne in restitutos quoque istos

quadret illud : *Mus in perâ, ignis in sinu, serpens in gremio* malè suos remunerantur hospites. *can. 1. caus. 13. q. 1. circ. fin.*

XX. Non infrequenter tamen beneficia Legislator indulget quodammodò contra jus naturale; si ejus usus in rigorem vel ad iniqua devertat. Etsi enim hoc ipsa æquitas & summa justitia est, quam ipse Deus mentibus hominum indidit; tamen in applicatione propter varietatem subjectorum naturalem accedere potest iniquitas; cui à Principe per temperamentum istius juris constare debet remedium. Ita minores quidem, ex quo intelligere incipiunt, per pacta sua jure naturali, sine respectu damni vel lucri, obligantur; verùm, ne cum læsione teneantur, restitutio in integrum illis à Jure Civili conceditur; atque ita jus illud naturæ ex majori ratione naturali mitigatum est. *arg. l. 1. de minor.* Pariter S<sup>C</sup>tum Vellejanum succurrit mulieribus ad elidendam obligationem, quam intercedendo pro aliis jure naturæ, quod pacta servari vult, contraxerunt. *l. 1. & l. t. de S<sup>C</sup>t. Vellej.* Nec dissimile exemplum in S<sup>C</sup>to Macedoniano, per quod odio fœneratorum filiis familias & parentibus contra creditâ permissa est exceptio. *l. 1. & l. t. ad S<sup>C</sup>t. Macedo.* Hinc *Mœvius*: Naturæ jus, *inquit*, ex promissis, pactis, creditis, injecit necessarium implendi vinculum omnibus, ita ut nihil in homine ejusque bonis, domo, viribus, corpore esse debeat, quod non pro fide liberanda sit impendendum: At, quàm multa beneficia moratoria & moderatoria, contra hunc rigorem civilibus legib<sup>9</sup> indulta, exhibet Jurisprudencia: *in Prodrom. Jur. Gent. commun. Inspect. 6. de potest. Imperant. circ. jus natural. th. 28.*

XXI. Longè frequentior usus in iis, quæ ex ratione aliquâ civili dependent. Nam quæ communiter prohibita sunt, specialiter indulgeri possunt, modò non promiscuè, sed perrarò id fiat. *arg. l. fin. de Senat. l. 3. pr. l. minor. 18. §. 1. de minor. l. 1. §. deinde. 9. de postul. l. 3. C. de his, qui sibi adscrib. in testam. cap. innotuit. 20. X. de elect.* Ita ex speciali indulgentiâ filius in servitute natus & cum patre manumissus in ejus potestatem potest reverti. *l. fin. junct. l. si pater. 15. §. fin. de adopt. judex dari, qui petitus est. l. observandum. 47. de judic. tutor aut vitricus pupillam vel privignam adoptare. l. nunquam. 32. §. 1. junct. l. nec. ei. 17. pr. de adopt. peregrini justas nuptias*



ptias contrahere. Ulpian. *in fragm. tit. 5. §. 3. junct. pr. de nupt.* Senator libertam uxorem ducere. *l. si Senatori. 31. de R. N.* tutor vel curator adultam vel pupillam. *l. pen. C. de interd. matrim.* fœminæ possunt adoptare. *§. fœminæ. 10. de adopt.* intra legitimum tempus nubere. *l. solet. 10. pr. de his, qui notant. infam.* tutrices esse. *l. fin. de tut.* obfides possunt testari. *l. obfides. 11. Qui testam. fac. poss.* minores curatorem habentes administrare. *d. l. 3. pr. de minor.* filiusfamilias quoque. *l. Imperatores. 50. ad Sct. Trebell.* tutores sine decreto alienare. *l. 2. C. quand. decret. opus non est.* iudices contrahere. *l. un. C. de contractib. judic.* qui in officio sunt, emere. *l. non licet. 46. de contrah. empt.* res, quæ extra commercium, alienari. *l. cum servus. 39. §. pen. de leg. 1.* muri municipales vel opera publica refici. *l. sacra. 9. §. pen. de R. D. l. intra. 5. C. de oper. pub.* moratoria exceptio contra creditores exerceri. *l. 2. C. de precib. Imp. offer.* aqua duci per viam publicam. *l. si in publico. 18. §. 1. de aq. & aq. pluv.* in publico aliquid fieri. *l. 3. §. planè. 4. Quod vi aut clam.*

XXII. Non una autem inter hæc & prioris generis privilegia differentia est. Nam (1.) illa Corpore Juris, uti vocant, inclusa & perpetua sunt, hæc non item. Oldendorp. *de jure sing. tit. quod duplex sit. vers. Hinc facta est.* Gothofr. *de privil. th. 123.* (2.) illa specialiter impetrare superfluum; hæc verò necessarium. *arg. l. un. ibiq. Gothofr. C. de thesaur. l. 1. in fin. ad municip. l. Imp. 3. de reb. aut. jud. possid. l. si quid. 21. in fin. de captiv. & postlim. Ant. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 14. defn. 1. n. 14.* (3.) illa certis personarum generibus, hæc ferè individuis dantur. *arg. l. fin. C. de fruct. & lit. expens.* (4.) illa non tam ex affectu Concedentis, quàm ex ratione generali; hæc magis ex affectu, quàm ratione proficiscuntur. (5.) illa justius conceduntur, quàm denegantur; hæc justius denegantur, quàm conceduntur. (6.) illa probatione non indigent; hæc quàm maximè. (7.) illa magis, hæc minus favorabilia. (8.) illa cum nullius, hæc ferè cum tertii jacturâ conjuncta. *arg. l. neminem. 64. vers. Nam alia. C. de decurion.* (9.) illa nunquam nisi subditis, hæc interdum non subditis competunt. (10.) illa motu proprio, hæc ad preces supplicantium conferuntur. *vid. Bl. in Auth. quas actiones. n. 2. C. de SS. Eccles. Ant. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 30. defn. 4. n. 1. & defn. 6. n. 3. & circ. fin. Reinking. de regim. lib. 2. class. 2. cap. 8. n. 34. Rennem. de*

*Princip. Jurispr. disp. 10. th. 30. & seqq. & disp. 11. th. 11. & 24. lit. f. & g. Zoës. in parat. ad Constit. Pr. n. 18.*

XXIII. Illius generis alia quoque exempla passim exstant. Nam Legati habent privilegium revocandi domum. *l. 2. §. 3. & seqq. de judic. junct. l. cum furiosus. 39. §. 1. eod. immunes sunt à vectigalibus. l. in Legatis. 8. C. de vectigal. & comm. sunt sancti & inviolabiles. l. fin. de Legat. l. sanctum. 8. §. 1. de R. D. Advocati Fisci aliiq; Officiales publici ante annum completum decedentes, integrum salarium ad hæredes transmittunt. l. post duos. 15. §. 1. ibiq; Gothofr. C. de Advocat. divers. judicior. l. 3. §. fin. l. petitiones. 5. §. fin. C. de Advocat. divers. judic. l. sed addes. 19. §. fin. locat. ibiq; Costal. l. qui operas. 38. §. 1. eod. l. Legatus. 10. §. 1. de Legat. l. diem. 4. de Offic. Adfess. l. 1. §. divus. 13. de extraord. cognit. Clericis relictum sub conditione suscipiendorum liberorum statim debetur. l. sancimus. 53. §. 2. ibiq; Gothofr. C. de Episc. & Cleric. Nov. 123. cap. 37. Clerici non nisi coram Judice Ecclesiastico conveniri possunt. d. Nov. cap. 21. cap. si diligenti. 12. X. de for. compet. minores sportulas solvunt. l. cum Clerici. 25. in fin. & Auth. seq. C. de Episcop. & Cleric. Doctores expellere possunt fabrum in vicinia studiis molestum. Br. in l. 1. n. 30. sol. matrim. Vigel. M. I. C. lib. 3. cap. 10. reg. 40. Menoch. lib. 2. de arbitr. judic. cas. 237. Fœminæ in repetendâ dote omnibus creditoribus præferuntur. §. fuerat. 29. de action. l. assiduis. 12. C. qui potior. in pignor. l. in rebus. 30. C. de jur. dot. Nov. 97. cap. 3. cap. ex literis. 5. X. de pignor. Gail. lib. 2. observ. 25. n. 10. Myns. cent. 4. observ. 13. n. 4. & 5. citiùs, quàm masculi pubescunt. pr. Instit. quibus mod. tut. fin. nubunt. pr. Instit. de nupt. junct. d. pr. quib. mod. tut. testantur. l. quâ etate. 5. Qui testam. fac. poss. veniam ætatis impetrant. l. 2. §. 1. C. de his, qui ven. etat.*

XXIV. Illustres ne quidem in gravioribus criminibus carceri mancipantur, si fidejussores dederint. *l. si gravior. 16. ibiq; Gothofr. C. de dignit. litigare possunt per Procuratorem. l. fin. C. de injur. l. quicumq;. 25. C. de procurat. si in Judicio compareant, sedere debent. l. 3. in fin. C. ubi Senat. Nov. 71. cap. 1. præferuntur in votorum paritate. arg. l. qui majorem. 8. de pact. l. 3. pr. l. ob carmen. 21. §. fin. de testib. in communium instrumentorum depositione. l. fin. de fide instrum. Milites absque solennitate civili. pr. Instit. de testam milit. l. 1. eod. l. 3. in fin. C. ubi Senator. modò de illorum voluntate constet*  
vel

vel per scripturam, etiam si fiat in pulvere, aut vaginâ literis licet sanguine rutilantibus. *l. milites. 15. C. de testam. milit.* vel per testes. *§. 1. d. 1. l. divus. 24. pr. l. Lucius. 40. pr. eod.* ex die certo, vel ad diem certum testari. *l. in fraudem. 15. §. miles. 4. l. quærebatur. 19. §. fin. l. miles. 41. pr. d. 1. de testam. milit.* pro parte testati, pro parte intestati. *§. hereditas. 5. in fin. de hered. instit. l. jus nostrum. 7. de R. I. l. si miles. 6. de testam. milit.* & duobus testamentis decedere. *d. l. 19. pr. l. militis. 36. §. 1. eod.* si per errorem juris omiserint exceptiones, easdem post sententiam proponere possunt. *l. 1. C. de jur. & fac. ignor. l. pen. §. 1. ff. eod.* torqueri non debent. *l. milites. 8. C. de question. habent beneficium competentia. l. miles. 6. l. item. 18. de re jud.* Professores ab omnibus muneribus civilibus vel publicis immunes sunt. *l. Medicos. 6. C. de Professor. & Med. l. fin. §. fin. de muner. & honor.*

XXV. Studiosi, quorum labor spe præmiorum atque honorificentia provocandus. *l. 1. C. de Adfessor. ante ætatis 25. annum ad munera publica à studiis avocari nequeunt. l. 1. C. qui atat. vel profess. pro præsentibus habentur, si de commodo eorum agitur. l. questum. 78. pr. de leg. 3. cap. relatum. 4. in fin. cap. tua. 13. X. de Clericis non resid. cap. cum ex eo. 34. vers. Nos super. de elect. in 6. Clem. un. vers. Sanè Prioratus. de stat. Monach. à vectigalibus sunt immunes. Auth. habita. C. ne fil. pro patre. modò ne studiis abutantur. d. cap. 12. de Cleric. non resid. quare literis testimonialibus opus. arg. l. si qua. 22. §. fin. C. de Episcop. & Cleric. Res fisci non ulucapiuntur. §. res fisci. 4. de usucap. l. quamvis. 18. l. ubi. 24. eod. alienatæ statim fiunt accipientis. §. fin. d. t. l. 2. C. de quadrienn. præscript. in fraudem fisci alienata cum altero tanto, imò in quadruplum sunt restituenda. l. in fraudem. 45. §. fin. ibiq. Gothofr. l. aufertur. 46. §. & fin. de jure fisci. fiscus non fatisdat. l. 1. §. si ad fiscum. 18. ut legat. servand. caus. l. 3. §. item. 5. si cui plus, quàm per L. Falcid. l. 2. in fin. de fund. dotal. neque præstat evictionem. l. fin. pr. C. de quadrienn. præscript. præfertur doti, quantum ad primipilum. l. 3. C. de primipil. agenti fisco reus instrumenta edere cogitur. l. 3. de edend.*

XXVI. Quæ exempli causâ sufficiat adduxisse; nam de plurimis aliis eorundem privilegiis, ut & Absentium, Advocatorum, Creditorum, Doctorum, Dominorum, Fidejussorum, Filiorum familias, Hostium, Judicum, Legitimatorum, Minorum,  
Prin-

Principum, Reorum, Rusticorum, Senum, Viduarum, &c. *vid.* Gothofr. *de privileg. th.* 12. *usq.* ad *th.* 120. de privilegiis Corporum sive Universitatum. *Id. th.* 132. *usq.* ad 151. de 30. privilegiis dotalibus *vid.* latè Oldendorp. *de jure singul. pag.* 30. *usq.* ad 44. piarum causarum 59. *Id. pag.* 44. *usq.* ad 67. Hæc valde singularia sunt, quòd insignis artifex in delictis veniam impetret. *arg. l. ad bestias.* 31. *de poen. ibiq.* Gothofr. Jul. Clar. *lib.* 5. *sentent. §. ult. q.* 60. n. 26. filius delinquens, & à patre judici oblatus mitius puniatur. *l. milites.* 13. *§. fin. l. qui cdm.* 4. *§. qui filium.* 11. *de re milit.* Cæpoll. *cautel.* 1. servus licet delictum adversus Dominum probaverit, tamen severissimæ sententiæ subjiciatur. *l. servum.* 6. *C. de delator. exsectâ sc. linguâ.* Gothofr. *ad l. omnes.* 5. *C. eod. & de privileg. th.* 31. liberi ex causâ primipili teneantur, etsi patri hæredes non extiterint. *l. fin. C. de primipil.* socius jus domini in solidum vindicare queat, si alter intra 4. menses impensas in refectionem ædificii factas non restituat. *l. si ut proponis.* 4. *C. de adific. privat. l. cum duobus.* 52. *§. idem.* 10. *pro soc.* Cæpoll. *cautel.* 122. *al.* 85.

XXVII. Sicut autem variis in rebus jam constituta sunt privilegia, ita etiamnum ex variis quoque causis impellentibus constitui possunt, de quibus plenè Rennem. *de Princip. Jurisprud. disp.* 10. *th.* 28. *usq.* ad 56. Sed quare vetant leges XII. tabb. privatis hominibus privilegium irrogari, qualis olim in Heraclitum ab Ephesiis promulgata sanctio his verbis: *Qui nunquam ridet, quiq. inhumaniter omnes homines odit, ante Solis occasum urbe exesto.* Respondet Quintilianus *declam.* 339. quòd peccata singulorum suas jam haberent leges, & si quis homicidium, sacrilegium, injuriam cæteraque his similia fecisset, suo jure puniendus esset. Theod. Marcilius *Interpretam. ad l. XII. tabb. cap.* 84. Adde, si apud Romanos, ubi maxima erat Consulum & Tribunorum plebis potentia, permissum iis fuisset jus irrogandi privilegia; tùm verò latissima ipsis fenestra aperta fuisset exercendi odia privata & bonos viros è medio tollendi; uti rectè Rittershus. *ad l. XII. tabb. class.* 2. *cap.* 2. Falluntur autem, qui in universum qualiacunque privilegia aut illa demum, quæ extra comitiatum maximum inferebantur, per XII. sublata censent. *vid.* Oldendorp. *in L. XII. tabb. tit.* 2. *cap.* 16. *in verb. privilegia ne irroganto.* Fr. Balduin. *in Annotat. ad l.* 1. *ibid.* Cujac. *lib.*

*lib. 15. observ. 8. Gothofr. de privileg. th. 156. & seqq. Frideric. de privileg. th. 131. Nam veriùs est, illa demum vetita fuisse, quæ in necem vel odium singulorum ferebantur; quæ in favorem non item. arg. l. postliminii. 4. in fin. de captiv. & postlim. l. fin. de Legation. Marcil. d. l. Rittershus. d. l.*

XXVIII. Conceduntur autem privilegia non subditis solum, sed etiam extraneis. *Gail. lib. 2. observ. 60. in fin. Reinking. lib. 2. class. 2. cap. 8. n. 25. in fin. Ruland. de commissar. part. 4. lib. 2. cap. 4. n. 115. & 120. Hahn. in Observat. ad Wesenb. de I. & I. n. II. in verb. & salaria. in fin. Nam & his privilegia tribui absonum non est, modò illorum usus vel utilitas ad ea, quæ Concedentium sint jurisdictionis, sese extendat. Ita totâ die videmus, vel hostibus saluum conductum dari, ut tutò inter nostros versari, ire, redire queant. vid. Becht. de securit. th. 80. & seqq. Et quis nescit, Bibliopolas sæpè à vicinis Regibus diplomata impetrare, ne opera suis jam expensis excusa intra certum annorum spatium liceat recedere. vid. Edit. Corpor. Jur. Gothofr. de ann. 1619. Edit. Cod. Theodos. de ann. 1665. Privilegium FF. Capuccinorum à Sultane Turcarum illis concessum de an. 1627. exhibet Ignatius von Rheinfelden. in N. Jerosolymitanische Pilgerfahrt. pag. 185. & seqq. De privilegiis Nationis Germanicæ in Academ. Patavin. vid. Sprenger. in Perspicill. circ. fin. pag. 331. & seqq. in Academ. Aurelian. Gölnitz. in Itiner. in descript. Aurel. pag. 203. & seqq.*

XXIX. Nam ut peregrinis quoque beneficiamus, boni publici ratio nonnunquam efflagitat; qui ut omnium LL. ita privilegiorum quoque finis est. Huc enim impellere Concedentis animus debet, vel commiseratio aut indigentia petentis. *arg. l. 1. pr. si ventr. nom. l. 1. vers. Viduas. C. de fals. monet. l. un. C. qn. Imp. inter pup. Auth. habita. C. ne fil. pro patr. can. ita nos. 24. circ. fin. caus. 24. q. 2. vel meritorum amplitudo. arg. l. testamenta. 26. in fin. de testam. milit. l. semper. 5. §. 3. de jur. immunit. l. eum qui. 58. C. de decurion. l. fin. in pr. C. de primicer. l. pen. C. de privileg. dom. August. l. fin. C. de privileg. eorum, qui in sac. l. 2. C. de privileg. scholar. Sed & liberalitatis, quæ maximè Principes decet. arg. cap. 1. X. de donat. exercendi gratiâ privilegia dari par est, etiamsi nulla antecesserint merita, sperentur tamen futura. arg. l. si quis. 5. C. de aquaed. cap. si motu. 23. de prabend. in 6.*

C d. Auth.

*d. Auth. Habita. Nov. Leon. 80. in fin.* Quamquam si quis albæ gallinæ filius, Principali non adeò gratiâ dignus videatur, pro digno tamen habendus est. Nam & hîc meritò applicamus illud: disputare de Principali judicio non oportet. Sacrilegii enim instar est dubitare, an is dignus sit, quem elegerit Imperator. *in l. 3. C. de crim. sacrileg. l. sacrilegii. 5. C. de divers. rescript.*

XXX. Privilegiis accedere solent insinuatio, confirmatio, & interpretatio. Insinuatio ideò fieri debet, ut in notitiam veniant. *arg. l. fin. C. de aqued. junct. cap. 1. de constitut. in 6. l. 3. de l. & F. ignor. l. fin. pro suo. Gail. 1. obs. 1. n. 8. & 11. Add. infr. th. 48.* Neq; enim is, cui facta non est insinuatio, obligatus est, tenorem illorum recens concessorum observare, etiamsi fortè sciat aliunde. Nam delicatior prudentia honorem insinuationis requirit; quæ & tùm necessaria videtur, si quis ab initio consenserit privilegio impetrando; cùm incertum esse possit, an sit impetratum. Imprimis verò Judici privilegia authentica sunt insinuanda, ne sint nulla. *Nov. 152. & quidem competenti. arg. cap. fin. X. de fid. instrum. cap. cùm personæ. 7. de privileg. in 6. d. l. si quis. 5. & d. l. fin. C. de aqued. Gail. d. Obser. 1. n. 12. Zanger. de except. part. 2. cap. 1. n. 392.* qui, si ea diligenter inspecta in nullâ sui parte vitiata repererit, per publicam personam jubebit exemplari: quo facto exempla sive copiæ eandem cum Originali sive Authentico habebunt authoritatem. *d. cap. fin. de fid. instrum. Th. Mich. de jurid. th. 31. lit. C. Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 8. n. 5.*

XXXI. Parti tamen sufficit factam esse insinuationem coram Notario & testibus. Nam in voluntariis ille, utpote judex chartularius, notionem habet. *Gl. in l. 1. in voc. qui tribunali. de judic. Gail. de obs. 1. n. 13. Blum. in Process. Cameral. tit. 39. th. 6.* In Camera verò sola immediatorum privilegia insinuantur, non autem mediatorum. *Gail. d. obs. 1. n. 10. Th. Mich. d. l. in fin. Reink. lib. 2. class. 2. cap. 8. n. 51.* nisi id fiat propter continentiam causæ. *Blum. d. l. th. 12.* Quod si de violatione privilegii agatur, nihil interest, mediatum quis sit, an immediatus. *Sixtin. d. cap. 8. n. 4. Blum. d. l. th. 2. & seq. Add. infr. th. 48.* Neq; enim processus sive citatio ad videndum se incidisse in pœnas privilegii decernuntur, si non antea privilegium Camerae & parti sit ritè insinuatum; de quo mentio

tio

tio fieri in ipsa supplicatione, aut certè unà exhiberi debet, docerique, ad partis notitiam id pervenisse; aliàs processus denegantur. Neque enim creditur exemplis sive transumptis, (etiã si per 3. Notarios sint subscripta. Blum. d. tit. 39. th. 7.) si Originale non sit legitimè Cameræ præsentatum. Gail. d. obs. 1. n. 8. & 9. Sixtin. d. cap. 8. n. 6. & seqq.

XXXII. Quod si fortè Cæsar, sub sigillo majori literas ad Cameram expediri copiamq; privilegii faciat includi; harum literarum productio pro legitimâ insinuatione habetur. Blum. d. tit. 39. th. 8. Pro insinuandis autem privilegiis Procuratores specialiter ad id instructi solent supplicare, eaq; unà & quidem judicialiter (si sunt immunitatis vel exemptionis) aliàs extra judicialiter exhibere; quo factò insinuatio acceptati privilegii decretumq; interponitur & Originali restituto exemplum in Archivo asservatur. Blum. d. l. th. fin. Roding. in Pand. Cameral. lib. 1. tit. 16. th. 4. & seq. ibiq; notat. Add. Promulgat. privileg. Acad. Argentin. circ. fin. pag. 273. & seqq. Neque verò in acceptatione insinuationis opus est, ut tertius citetur, cujus fortasse posset interesse; quia semper decreto inseritur clausula: *salvo jure Imperii & tertii*; **doch vorbehaltlich eines jeden Gerechtigkeit.** Th. Mich. d. th. 31. lit. C. Sixtin. d. cap. 8. n. 5. Rennem. disp. 10. de Princip. Jurisprud. th. 61. lit. C. Blum. d. th. fin. Formula decreti extat apud Reink. de regim. secul. lib. 2. class. 2. cap. 8. n. 39. supplicationis pro insinuationis. *ibid.* n. 50.

XXXIII. Confirmationem peti privilegiorum & obtineri à Successoribus quotidie videmus; non quidem quasi illa simpliciter necessaria sit: Confirmans enim nihil novi dat, sed vetera solùm jura confirmat. *cap. cum dilectis. 4. vers. Nolentes. X. de confirmat. util. vel inutil. cap. quia intentionis. 29. X. de privileg. can. præceptis. 3. dist. 12. l. si donatio. 36. §. 1. de donat. inter vir. & uxor. Gloss. in cap. 1. in voc. confirmationem. X. de confirmat. Schurf. cent. 1. consil. 59. n. 13. & cent. 3. consil. 43. n. 13. Rennem. d. l. disp. 11. th. 16. & seqq.* sed quia abundans cautela nocere non solet. *l. testamenta. 17. ibiq; Gothofr. C. de testam. l. si pupilli. 6. §. 1. in fin. de N. G. Gail. d. Obs. 1. n. 2. & plus timeri, quod singulariter repetitur, quàm generaliter conceditur. arg. can. quanquam. 7. dist. 23. Gl. d. l. in fin. Græv. lib. 2. conclus. pract. 1.*

n. 7. imò ipsi confirmanti præjudicat. *arg. cap. cum inter. 13. ibi: ratum habuit & etiam confirmavit. X. de sent. & re jud. l. factum. 155. pr. de R. I. Gail. 2. Observ. 49. n. 4. & 8. ne scilicet revocare privilegium possit tanquam à se non profectum. Vid. Carpzov. d. L. R. Germanor. cap. 3. in pr. n. 3. & seqq. infra th. 50. & seqq. aut in præjudicium privilegiatorum quid aliis concedat. Hartm. Hartm. tit. 55. Miscellan. Obs. 3. n. 4. & 6. Rennem. d. l. n. 32. & si confirmatio ab eodem fiat, motu proprio & ex certâ scientiâ privilegium profluxisse ostendit. Vultej. consil. Marpurgens. 35. n. 101. vol. 3. Græv. d. l. n. 9.*

XXXIV. Electorum privilegia confirmare tenetur Imperator. *A. B. cap. 2. Græv. d. conclus. 1. n. 6. Carpzov. d. cap. 3. n. 6. & 12. & sect. 11. n. 2. uti quoq; reliquorum Principum ac Statuum, id debito modo petentium. Capitul. Leopold. art. 3. Carpzov. d. cap. 3. n. 11. & d. sect. 11. n. 3. 4. 30. & seq. Rümelin. ad A. B. part. 1. dissert. 3. th. 16. Sprenger. Instit. I. P. lib. 1. cap. 128. pag. 169. in fin. Neq; tamen ex confirmatione illâ privilegiorum concludere licet illam præcisè esse necessariam; usque adeò, ut si à Successore confirmata non sint, non valeant, aut pro lubitu convelli ac revocari queant; per ea, quæ latè deducit Carpzov. d. cap. 3. sect. 14. n. 1. & seqq. In præjudicium autem tertii confirmatio facta nihil operatur. *arg. cap. 3. X. de confirmat. util. vel inutil. cap. quia diversitatem. 5. ibi: non obstante confirmatione &c. X. de concess. præbend. cap. cum olim. pr. X. de privileg. Nam Princeps privilegia confirmans justa censetur confirmasse & salvo jure tertii. Br. in l. 1. n. 1. de his, qui sui vel alien. jur. Rennem. d. disp. 11. th. 30. lit. b. Unde nec opus est citatione aliorum circa confirmationem, Gail. d. Obs. 1. n. 14. Neque verò illa petenti prodest, si non sit in possessione privilegii. *arg. d. cap. 4. vers. Nuper. X. de confirm. util. Gl. in cap. cum nostris. 6. in voc. suggestionem. X. de concess. præbend. Hartm. d. obs. 3. n. 6. Gail. d. l. n. 15. Rennem. d. th. 30. lit. a.***

XXXV. Quod si tamen Princeps sciat, privilegium esse nullum vel antiquatum, & ex certâ scientiâ & de plenitudine potestatis confirmet, aut renovet; tunc illa confirmatio aut renovatio pro nova est concessione. *arg. l. adoptio. 38. de adopt. l. legata. 19. de leg. 1. cap. inter dilectos. 6. vers. tertio. X. de fid. instrum. Br. in l. si quis. 6. §. nec iterum. 8. n. 4. de edend. Gail. lib. 2. observ. 1. n. 16. ibiq; Græv. n. 33. & seqq.*



Et seqq. Hartm. d. n. 6. Et seqq. Rennem. d. disp. 11. th. 28. lit. a. Et b. Si verò privilegium confirmationis sit sub- & obreptitium, putà, quia sit confirmatorium alicujus falsi instrumenti vel contractus simulati &c. & horum defectuum non sit facta mentio in supplice libello, ad Principem pro confirmatione directo, talis confirmatio nullius momenti erit, etiamsi adjectæ sint clausulæ: *quatenus actus valet, confirmamus; sin minus, concedimus*: item, *supplentes de plenitudine potestatis omnes defectus tam juris, quam facti*, arg. cap. ad nostram. 5. ibi: *religionis suæ conditione suppressâ*, Et cap. seq. X. de confirmat. util. vel inutil. Fac. l. 1. C. si ex fals. instrum. Panormit. ad d. cap. 6. n. 8. X. de fid. instrum. Gail. d. obs. 1. n. 17. ibiq<sub>3</sub> Græv. n. 42. Et seqq.

XXXVI. Sed quid? si Originalia privilegiorum sunt amissa, an ad probationem eorum sufficit adducere confirmationes Principum insequentium? Ita censemus. arg. can. contra morem. 8. ibi: *continens omnes consuetudines ex privilegio prædecessorum nostrorum concessas vobis vestræq<sub>3</sub> Ecclesia debere conservari*. dist. 100. l. chirographis. 57. pr. de administ. tut. Gl. in can. 2. vers. itaq<sub>3</sub> in voc. defunt. dist. 19. Fac. cap. cum inter. 13. circ. pr. X. de sentent. Et de re jud. cap. Abbati. 25. ibi: *nec more præteriti temporis fiat fides*. X. de V. S. Gl. in can. ut veterum. 5. in fin. dist. 9. Et in d. can. 8. in voc. consuetudines. dist. 100. & quidem hæctenus, donec contrarium probetur. arg. d. cap. 25. vers. hic autem. X. de V. S. Gail. lib. 2. obs. 1. n. 15. Renneman. de Princip. Jurisprud. disp. 11. th. 24. lit. f. Quod si tenor priorum privilegiorum confirmationi insertus, tantò minor erit dubitatio. arg. cap. 1. vers. præterea. X. de juram. calumn. l. si donatio. 5. C. de donat. l. ex hac. 16. ff. eod. Græv. d. conclus. 1. n. 19. Et seqq. maximè si additum, vetera privilegia sine reprehensione bullæ, chartæ vel literarum apparuisse. arg. cap. cum olim. 12. in fin. X. de privileg. cap. fin. X. de fid. instrum. vid. Gl. ad d. can. 8. dist. 100. Panormit. in d. cap. 6. n. 9. X. de fid. instrum. Gail. d. Observ. 1. n. 15.

XXXVII. In privilegiis strictam admitti interpretationem omnes docent. per l. quod verò. 14. Et seq. de LL. l. 1. in fin. de constit. Princip. l. fideicommissaria. 23. §. 3. in fin. de fideicommiss. libert. l. quod contra. 141. de R. I. cap. quæ à jure. 28. cap. quod alicui. 74. de R. I. in 6. & ne quidem ob identitatem rationis extendi; quòd demùm in legibus communibus ad similia sit procedendum. arg. l. neq<sub>3</sub>. 10. Et seqq. de LL. cap. sanè. 9. X. de privileg. Et excess. Gl. & Zasius ad d. l. 14.

in

*in pr. & solius Principis sit, beneficia ad alios casus extendere. l. ex facto. 43. in pr. de vulg. & pup. substit. l. humanitatis. 9. C. de impub. & al. substit. l. omni. 6. C. de SS. Eccles. l. fin. §. 1. C. de LL. cap. fin. X. de concess. prabend. cap. cum venissent. 12. X. de judic. cap. inter alia. 31. vers. ut igitur. X. de sent. excommunic. cap. 3. vers. si verò. de Offic. Ord. in 6. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 8. n. 2. Reinking. de regim. secul. lib. 2. class. 2. cap. 8. n. 40. & seq. Quantum autem ad ipsum privilegiarium, & in præjudiciū Concedentis nihil impedit pleniorē interpretationem. l. 3. de constitut. Princip. l. nulla. 25. de LL. l. quod favore. 6. C. eod. cap. cum dilecti. 6. in fin. X. de donat. cap. olim. 16. X. de V. S. cap. quia circa. 22. X. privileg. Angel. consil. 17. n. 2. Alexand. consil. 116. n. 10. vol. 6. & consil. 215. n. 4. vol. 7. Wesenb. in parat. de constitut. Princip. n. 2. circ. fin. ibiq<sup>3</sup> Hahn. in Observat.*

XXXVIII. Ita si Princeps alicui domum largiatur, adiacentia quoque concessisse videtur. *arg. l. 3. §. fin. & l. seq. de pen. leg. l. 2. C. de bon. vacant. si privilegium det, ut liberi sequantur conditionem matris; etiam ad legitimos liberos id pertinebit. arg. l. 1. ad municip. Gl. in d. l. 3. de constit. Pr. si plura donaverit, & postea clausulam onerosam subjecerit, hæc tantum proxima respiciet. arg. d. cap. 6. X. de donat. Exceptio est (1.) si ipse impetrans in culpa sit, v. g. si generalibus verbis fuerit usus, quæ ad jus commune possint applicari; nam tunc pro ipsius utilitate privilegium datum non censebitur, sed relinquitur res in terminis juris communis. arg. l. si quod. 35. pr. C. de inoffic. testam. vid. infr. th. 43. Ita qui petierit indulgentiam aspirandi ad dignitatem majorem, non poterit absq; novâ concessione aspirare ad parem. arg. cap. licet. 4. in fin. X. de translac. Episc. (2.) si ex latiore interpretatione in commodum impetrantis factâ oriretur scandalum publicum. arg. cap. 3. X. de consanguin. & affin. Panormit. in d. cap. 4. in fin. In iis tamen, quæ individua sunt, privilegium uni concessum, prodest quoque consorti non privilegiato. arg. l. si communem. 10. in pr. quem adm. servit. Panormit. l. 3. in fin. quæ res pign. Alexand. consil. 123. n. 17. vol. 4. Schurf. cent. 3. consil. 94. n. 5. & seq. Gail. de pignorat. Obs. 20. n. 11. & seq. & jure connexitatis privilegia trahuntur ad privilegiati familiares & sibi subditos; civitati concessa ad castra & villas illi subjectas. arg. l. qui ex vico. 30. ad municip. Br. in l. semper. 5. §. immunitati. 4. de jure immunit.*

nit. & in l. 2. n. 4. de V. S. in l. si finita. 15. §. ex hoc. 11. & seq. n. 5. de damn. infect. Felin. in cap. quam sit. 10. n. 1. X. de Judæis & in cap. Rudolphus. 35. n. 10. & seqq. X. de rescript. Gail. de arrest. cap. 8. n. 10. Rennem. d. disp. 11. th. 12. lit. c. Et quod magis est; interdum, qui non est privilegiatus, utitur adversarii privilegio jure talionis. arg. l. fin. C. de fructib. & lit. expens. ibiq. Dd. Georg. Natan. in Repet. ad cap. quamvis, de pact. in 6. n. 298. & seqq. v. g. Cùm Novantulana Ecclesia privilegium habeat centenariæ præscriptionis, non minore quoque ipsa rem alienam præscribet. Gl. in Auth. quas actiones. in voc. excluduntur. & ibid. Bl. n. 2. Gl. fin. in cap. fin. X. de mut. petit. Felin. in cap. in præsentia. 8. n. 30. X. de probat.

XXXIX. Ex illâ verò privilegiorum restrictivâ interpretatione Dd. statuunt, privilegium l. un. C. quand. Imp. inter pup. viduis ex commiseratione datum ad divites non pertinere. Wurmser. tit. 50. observ. 7. n. 3. Mascard. de probat. conclus. 1064. n. 3. Add. Ruland. de commissar. part. 4. lib. 2. cap. 4. n. 62. neque Studioforum ad illos, qui desides & vagabundi; etsi in album Universitatis recepti. arg. l. qui sub pretextu. 9. C. de SS. Eccles. can. generaliter. 40. vers. Eos tamen. caus. 16. q. 1. l. 1. C. de tyron. d. l. 5. §. 3. de jure immunit. l. scriuarios. 16. C. de testam. milit. cap. tua. 12. X. de Cleric. non resid. Br. in d. l. 5. §. quibusdam. 12. in pr. Gail. 2. Obs. 118. n. 8. 9. & seqq. ubi idem de Artificibus & Mercatoribus docet. & de arrest. cap. 10. n. 10. & seq. Rennem. d. disp. 11. th. 36. Add. infr. th. 60. immunitates & privilegia filiiis vel posteris concessa, non transire ad natos ex fœminis. Br. in l. 1. §. 1. de jur. immunit. Alexand. consil. 160. n. 2. vol. 2. & consil. 6. n. 5. vol. 5. Gail. lib. 2. obs. 2. n. 16. & si concessa quoq; sint filiabus, non pertinere ad maritatas. Alex. in Addit. ad Br. in d. l. 1. §. 1. de jur. immunit. concessa sub nomine liberorum non extendi ultra pronepotes. Br. in l. liberos. 10. de Senat. privilegium mulieris de dote repetenda non pertinere ad ejus hæredes extraneos. arg. §. fuerat. 29. in fin. de action. l. fin. in fin. C. qui potior. in pign. l. un. C. de privileg. dot. ibiq. Gothofr. Gl. & Zas. ad d. l. 14. de LL. immunitates non trahi ad collectas extraordinarias vel eas, quæ belli tempore imponuntur. l. 1. C. de indiction. l. un. C. de vacat. mun. publ. Felin. in cap. causam, que. 18. n. 17. X. de rescript. Carpzov. lib. 4. Respons. 75. n. 27. privilegium Judæis concessum, ut res alienas non reddito pretio minimè

minimè restituere teneantur, intelligi quando ipsi ignorent, aut sint in bona fide. Bl. in l. servus. 36. in fin. de condict. indeb. Felin. in d. cap. 18. n. 10. X. de rescript. & solùm de rebus subditorum, non extraneorum aut Clericorum. Panormit. in cap. Quod Clerici. 9. n. 34. X. de for. compet.

XL. Qui habent privilegium fori, debere id allegare, aliàs multari posse. Br. in repet. l. 2. n. 16. & seq. si quis in jus vocat. Felin. in cap. cum ordinem. 6. n. 8. X. de rescript. neque pertinere ad extrajudicialia. Br. in d. l. 2. n. 15. neque ad delicta. Auth. quã in provinciã. C. ubi de criminib. agi oport. Br. in l. 3. n. 5. de constit. Princip. & in l. sed si. 10. §. semper. 9. n. 1. & 2. de in jus voc. privilegium exemptionis ab oneribus civium etiam tacitè excludere eorundem beneficia. Alex. in l. beneficio. 59. n. 2. ad L. Falcid. Jason in l. 3. n. 26. de constit. Princip. Privilegium concessum Fratrib<sup>9</sup> minoribus sive Prædicatoribus non extendi ad Sorores. Br. in l. tres fratres. 39. in pr. de pact. Alex. vol. 4. consil. 15. n. 3. ad instar sive referens (quale est Academiae Tholosanæ concessum ad instar Parisiensis, Juliae ad instar Bononiensis, uti quoque huic nostræ Argentinensi) aucto exemplari sive absoluto, per novas accessiones non augeri, nisi verbis privilegii exprimat. Bl. in l. ex omnia. 34. n. 3. C. de Episc. & Cleric. Hahn. in Obs. ad tit. de constit. Princip. n. 2. divis. 7. neque sublatis, v. g. privilegiis Tholosanæ Academiae, tolluntur Aurelianensis, quæ ad illius modum sunt concessa, Bl. d. l. n. 4. & in l. quicquid. 5. C. de Advoc. divers. judicior.

XLI Sed annon privilegium concessum v. g. Ecclesiis Civitatis Bononiensis extendendum erit ad Ecclesias postea constructas? vel privilegium exemptionis super decimis vel collectis non solvendis, porrigetur ad prædia post concessionem immunitatis quæsita? Ita volunt nonnulli arg. l. pen. de fund. instruct. cap. quia circa. 22. X. de privileg. cap. ex parte. 27. cap. pen. X. de decim. vid. Alexand. vol. 2. consil. 178. n. 13. & seqq. sed contrarium verius est. arg. cap. ex ore. 17. vers. Nos igitur. X. de privileg. Clem. fin. de rescript. l. si ita. 7. l. fin. in pr. de aur. & arg. leg. l. si mandavero. 22. §. is, cujus. 5. mandat. Cynus in l. placet. 5. vers. ult. C. de SS. Eccles. Br. in l. damni. 18. §. si is. 5. n. 5. & 6. de damn. infect. Bl. in l. qui filiabus. 17. in fin. de leg. 1. Panormit. in d. cap. quia circa. 22. n. 5. X. de privileg. Unde, licet Sabaudia Dux perpetuus Imperii

Imperii Vicarius jamdudum fuisset constitutus, aucto ejusdem territorio, privilegii extensionē specialiter ab Impp. coactus fuit impetrare. ann. 1530. 1555. 1608. 1632. *Vid. Limn. I. P. lib. 5. cap. 14. n. 4. in Addit. II. pag. 439. & seqq. Diar. Europ. part. 1. ad ann. 1658. d. 29. April. pag. 710. & seqq.*

XLII. Privilegii effectus est (1.) ut ipsum quoque Concedentem obliget, quò minus pro lubitu revocare queat. *cap. de- cet. 16. & seq. de R. I. in 6.* Et si enim Principes legibus adeoque privilegiis soluti sunt, decet tamen secundum ea vivere. *arg. §. fin. quibus mod. testam. infirm. l. ex imperfecto. 23. de leg. 3. l. digna. 4. C. de LL. l. 3. C. de testam.* Etiam in Principe grave, imò gravissimum est fidem fallere. *arg. l. 1. de consti. pec. l. inter claras. fin. vers. nihil est enim. C. de summ. Trinit. Joh. Bapt. Caccialupus s. de S. Severin. in l. omnes popu- li. 9. de I. & I. n. 67. vers. prater ea. Beust. in l. 3. §. jurare. 4. n. 14. & 19. de jurejur. Franzk. ad tit. de jurejur. n. 27.* Quod maximè de iis pri- vilegiis verum est, quæ per modum contractus concessa sunt. *arg. l. sicut. 5. C. de O. & A. l. pen. C. de donat. inter vir. & uxor. Alexand. vol. 2. consil. 194. n. 10. & vol. 4. consil. 54. n. 12. Lancellot. Conrad. in Templ. omn. judic. lib. 1. cap. 1. de Imp. §. 4. rubr. privilegia potest revocare. n. 4. & 5. Gail. 2. Obs. 55. n. 6. in fin. & n. seq. Reink. de regim. secul. lib. 2. class. 2. cap. 8. n. 26. uti quoque in illis, quæ ex causa meritorum, arg. cap. si tibi. 17. de præbend. in 6. l. fin. vers. sanè quia. C. de locat. præd. civil. l. si pater. 34. de donat. Lancellot. Conrad. d. l. n. 6. Gail. d. Obs. 55. n. 2. Reink. d. n. 26. Negant autem communiter Dd. de istis quæ ex li- beralitate proficiscuntur. *vid. Gl. in d. cap. 16. in voc. mensuram. de R. I. in 6. Alexand. volum. 2. consil. 1. n. 12. Lancellot. Conrad. in d. rubr. in pr. & n. 1. & 2. Covarruv. 3. var. resolut. 6. n. 1. Reink. d. l. n. 29. quamvis non negent, in verè hoc fieri. arg. l. sicut. 8. §. si volun- tate. 6. Quib. mod. pign. l. 2. in pr. l. fin. Cod. de quadrienn. præscript. Nov. 81. cap. 2. in fin. l. 1. C. de his, qui veniam atat. l. in commodato. 17. §. 3. in fin. commod. l. meminerint. 6. C. unde vi. Add. infr. th. 50. & seqq.* Privilegia autem in contractum transeunt, quæ pecuniâ comparantur. *Gail. 2. Obs. 2. n. 16. Reink. d. cap. 8. n. 28. quæ non subditis con- ceduntur. Lancellot. Conrad. d. l. n. 7. & seqq. Gail. 2. Obs. 60. in fin. Reink. d. l. n. 25. in fin. Rennem. d. l. disp. 10. th. 25. lit. a. & disp. 11. th. 21. lit. a.**

D

XLIII.



XLIII. (2.) Privilegii dationem arguere superioritatem dantis & subjectionis speciem inducere in persona impetran-  
 tis, communiter volunt *Dd. Vid. Ruland. de commissar. part. 4. lib. 2. cap. 3. n. 27. Græv. lib. 2. conclus. 1. n. 2. Reink. d. cap. 8. n. 25. & lib. 1. class. 2. cap. 9. n. 94. & class. 4. cap. 3. n. 40.* Quod tamen circa perso-  
 nas perpetuum non est; quippe quæ interdum sunt non subditæ. *Myns. cent. 5. Obs. 97. n. 5. & seqq. Rennem. disp. 10. th. 25. & disp. 11. th. 21. vid. supr. th. 28.* (3.) Privilegium debet aliquid operari, neq;  
 inutile esse ei, cui concessum est. *arg. l. 1. ad municipal. l. neminem. 64. vers. Ne tamen. C. de decur. cap. pastoralis. 53. in pr. X. de appellat. cap. Ab-  
 bati. 25. vers. Hac autem. X. de V. S. cap. ut Apostolica. 6 cap. in his. 30. X. de  
 privileg. Felin. in cap. 1. n. 4. X. de rescript. Schurf. cent. 1. consil. 59. n. 14.  
 Ant. Fab. in Cod. lib. 3. tit. 3. def. 2. n. 1. Grot. d. l. B. & P. lib. 2. cap. 18. th. 4.* modò ipse impettans non sit in culpâ. *vid. supr. th. 38.* Nam  
 si privilegium, quod desideramus, apertè contra legem specialem  
 tendat, ejus quoque mentio facienda. Unde si clausula illa: *non  
 obstante &c.* addita non sit, perdit officium suum. *arg. l. fin. C. si con-  
 tra jus vel util. public. l. vacuatis. 9. ibiq; Dd. C. de decur. cap. fin. X. de præ-  
 script. Cæpoll. caut. 285. al. 222. n. 3. Gail. lib. 1. Obs. 14. n. 6. & seq. &  
 Obs. 18. n. 2. Gothofr. ad l. 2. in fin. de natal. restit. Ita legitimari pos-  
 sunt filii naturales per Rescriptum Principis, etiam legitimis ex-  
 stantibus, si Rescripto inseratur clausula: *non obstante cap. naturales  
 &c.* Gothofr. *ad cap. naturales. 2. Feud. 26. Gail. lib. 2. Obs. 142. n. 8.*  
 aut, si fortè legitimandorum mater in uxorem duci queat: *non ob-  
 stante, quòd eorum matrem possit commodè in uxorem accipere &c.* Cæpoll.  
*caut. 286. al. 223 n. 2.* Si quis petat bona rebellium confiscata, non  
 valet Rescriptum, nisi inserta sit formula: *non obstante. l. 1. C. de pe-  
 tit. bonor. sublat. Cæpoll. caut. 160. al. 116. n. 3. & seq.**

XLIV. (4.) Privilegium non valet in præjudicium tertii.  
*arg. l. impuberi. 40. de administrat. tut. l. ex facto. 43. pr. de vulgar. & pu-  
 pill. substit. l. cum filiu. fam. 28. in fin. de testam. milit. l. 1. §. merito. 10. Ne  
 quid in loc. publ. l. nec avus. 4. C. de emancip. liberor. cap. cum olim. 6. X. de  
 consuetud. cap. super eo. 15. X. de Offic. deleg. Felin. in cap. causam. 18. n. 10.  
 & cap. nonnulli. 28. n. 12. X. de rescript. Schurf. cent. 2. consil. 63. n. 11. &  
 consil. 76. n. 13. Gail. lib. 2. Obs. 1. n. 14. & Obs. 142. n. 10. Reink. lib. 1.  
 class. 5. cap. 4. n. 182. & seq. vid. supr. th. 12. &, si concedatur, per im-  
 portu-*

portunitatem petentium videtur concessum. Cæpoll. *caut.* 160. *al.* 116. *n.* 1. Myns. *cent.* 4. *Obs.* 8. *n.* 4. & *seqq.* Reink. *lib.* 2. *class.* 2. *cap.* 8. *n.* 16. Nam sæpè Principes inverecundâ illorum inhiatione ita constringuntur, ut etiam non concedenda tribuant. *l.* 1. *C. de petit. bon. sublat.* *cap.* 2. *X. de concess. præbend. in 6. Fac. cap. si quando.* 5. *X. de rescript. cap. cum in juventute.* 12. *vers. caterum.* *X. de purgat. Canon. Add. Mornac. ad l. pen. circ. fin. C. de divers. rescript.* Itaque in privilegiis impetrandis nihil reticeri debet, quod Principem potuisset dimovere, ne deinde per mendaciorum præscriptionem, sive exceptionem *sub- & obreptionis*, dum falsa suggeruntur & vera supprimuntur, eludantur. *arg. l. 2. C. de LL. cap. super literis.* 20. *cap. postulasti.* 27. *cap. ad audientiam.* 31. *X. de rescript. cap. 2. X. de dol. & contum. cap. constitutus.* 6. *vers. Caterum. in fin. X. de religios. domib. l. si quis.* 5. *C. de aquad. l. fin. C. de fund. & saltib. cap. ad nostram.* 5. & *seq.* *X. de confirmat. util. cap. cum nostris.* 6. *vers. Auditor. X. de concess. præbend. cap. si motu.* 23. *de præbend. in 6. l. 2. ibiq;* Gothofr. *C. si contra jus vel util. publ. Myns. cent. 5. Obs. 31. n. 2. Zanger. de except. part. 2. cap. 17. n. 1. & 2.*

XLV. Fallit illa exceptio, (1.) si privilegium impetretur consensu eorum, quorum interest. *l. 2. in fin. l. patrono. §. de natal. restituend. l. adoptio.* 38. & *seq. de adopt. l. fin. C. si per vim. cap. que in Ecclesiarum.* 7. *in fin. X. de constitut. Gl. ad d. l. 39. de adopt. Gothofr. ad d. l. 2. in fin. de natal. restit.* (2.) si constet de certa voluntate Principis, alteri jus suum (quo tamen casu damnum ex fisco refundendum. *arg. l. venditor.* 13. §. 1. *commun. prædior. l. 2. C. pro quib. caus. servi. Gothofr. in l. si locus.* 14. §. 1. *quemadm. serv. amitt. Joh. Philippi in usu Pract. Instit. lib. 1. eclog. 15.*) auferre volentis. *arg. l. 2. §. si quis.* 16. *in fin. Ne quis in loc. publ. d. l. 2. in fin. de natal. restit.* v. g. si Princeps non ad instantiam alterius, sed motu proprio, ex certâ scientiâ & plenitudine potestatis privilegium concedat. *arg. d. cap. 23. de præbend. in 6. Myns. d. cent. 4. Obs. 8. n. 4. & cent. 1. Obs. 35. n. 5. Hahn. in Observ. ad tit. de constit. Pr. n. 2. vers. ad formam.* Quam tamen limitationem de præjudicio modico intelligunt. *arg. l. 2. C. de prec. Imp. offer. cap. bonæ rei.* 73. *caus. 12. q. 2. cap. Apostolica. 9. circa pr. X. de donat. Gl. in d. cap. 6. X. de consuetud. in voc. præjudicium. Panormit. ad d. cap. 7. n. 12. de constitut. Myns. cent. 5. Observ. 97. n. 7. Ruland. de Commissar. part. 4. lib. 2. cap. 4. n. 40. & seq. Rennem. d. l. disp. 10. th. 62.* Et clausula illa: *motu proprio, sine*

quâ vix ullum hodiè privilegium conceditur, vitium quidem sub- & obreptionis tollit, minimè verò jus tertii vel reliqua impedimenta. Gl. in *Clement. si Romanus. 4. in voc. validam. de præbend. Cæpoll. d. cautel. 160. n. 2. Ant. Fab. in Cod. lib. 1. tit. 1. defn. 22. Rein- king. lib. 2. class. 2. cap. 8. n. 28. Hahn. d. l.*

XLVI. Hinc in Sabaudia, qui ex gratiâ Principis (secus, qui ob virtutem Senator vel Consiliarius est factus) Nobilitatem est consecutus, immunitatem à tributo, quod vocant commutato- rio, non habet, ne quidem in propriis bonis, multò minus in aliis à plebejo fortè acquisitis; sed demum post 50. annos, aut si Prin- ceptus id expressè diplomati Nobilitatis inseri jusserit: quo casu tamen exactores tantò minus à reliquis civibus exigere tenentur. *Ant. Fab. d. l. lib. 8. tit. 30. defn. 4. & 6. In Imperio nostro, etsi Im- perator titulum honoremque Principis S. R. I. confert, ad locum tamen, sessionem & dignitatem Principum, qui ipso actu tales sunt, absq; illius Collegii consensu speciali, non recipitur recens creatus. Vid. Speidel. in Observ. lit. F. in voc. Fürst. n. 122. vers. cum Majorum. pag. 392. & seqq. Add supr. th. 16. Ita qui ab Imperatore per Salvaguardiam Cæsaream exemptus est ab hospitatione militari, tantùm imūnis est à residentiâ in domo, non verò ab onere bur- sari, hospitationi annexo; multò minùs à contributionibus mili- taribus respectu bonorum alibi sitorum solvendis. Reinking. lib. 1. class. 5. cap. 4. n. 181. & seqq. Nam Salvaguardia à Principe con- cessa ne quidem tollit jurisdictionem Domini inferioris. Anton. Fab. d. l. lib. 3. tit. 12. defn. 5. Et meminimus non ita pridem, cum Mercatores quidam lautissimo Imp. diplomate Nobilitatis præ- rogativam immunitatemq; ab omnibus oneribus civilibus ade- pti fuissent; nihilominùs ad consueta onera teneri, responsum fuisse; donec consensum vel remissionem ab ordinario Magistra- tu fuissent consecuti.*

XLVII. (5.) Privilegia realia ad hæredes & successores per- tinent, personalia cum personâ expirant. *arg. l. 1. §. 1. l. semper. 5. §. immunitati. 4. de jure immunit. l. forma. 4. §. 3. de censib. l. privilegia. 196. l. in omnibus. 68. de R. I. l. fordidorum. 13. C. de excus. muner. cap. cum venis- sent. 6. X. de Instit. Gail. lib. 2. Obs. 2. n. 13. Hahn. in Obs. ad tit. de constit. Pr. n. 2. divis. 1. Illa sunt, quæ immediatè & directè alicui causæ, rei,*



rei, loco, muneri vel conditioni à personâ distinctæ, uti castro, oppido, Ecclesiæ, dignitati &c. conceduntur; hæc verò, quæ immediatè dantur personæ ratione sui. Hahn. *d.l. Zoës. ad d. tit. de constit. Pr. n. 17.* Rennem. *d. disp. 11. th. 9. & seq.* Si tamen addatur aliquid vel personæ vel rei, quo distrahatur verborum significatio, secus erit. Nam v. g. si detur Petro, Episcopo & ejus successoribus, erit reale privilegium, competens sedi; sin verò Episcopo ratione eminentis scientiæ, erit personale. Zoës. *d.l.* In dubio, si privilegium sit contra jus commune, lædat jus tertii, erit personale; sin minus, reale. Baro Enenckel *de privileg. lib. 2. cap. 4. n. 55.* Menoch. *lib. 3. præsumt. 103. n. 35.* Zoës. *d.l. n. 18.* Rennem. *d. l. th. 17.* Ita privilegium immunitatis ex gratiâ concessum, nullâ hæredum mentione factâ, personale est; ex contractu autem ortum reale. *arg. l. si pactum. 9. de probat. l. viam. 10. C. de locat. l. si necessarias. 8. §. de vendendo. 4. de pignorat. act. 2. F. 18. Gail. d. l. n. 15. & seqq. Reinking. lib. 2. class. 2. cap. 8. n. 32. Rennem. d. disp. 11. th. 16. Add. Menoch. d. præsumt. 103.*

XLVIII. (6.) Privilegiis reverenter deferendum. *arg. cap. cum Capella. 16. X. de privileg.* neque ulla inquietudine, qui ea impetraverunt, laceffendi. *arg. l. 1. C. de quadrien. præscript. ne secus faciendo quis indignationem Principis incurrat. arg. l. 2. C. de LL. l. sacrilegii. 5. C. de divers. rescript. & in pœnam incidat privilegio insertam. arg. l. si venerabilis. 13. C. de Episcop. & Cleric. modò privilegium ad ejus notitiâ pervenerit. vid. supr. th. 30. & seq.* Sicut autem interpret, ita & judex ipse est Princeps privilegiorum. *arg. l. cum de novo. 11. C. de LL. 2. Feud. 34. in pr. Reinking. d. cap. 8. n. 41.* In Imperio nostro etiam Camera judex est, etiamsi litigantes non sint immediatè Imperio subjecti, sed alterius Status subditi. *Gail. lib. 1. Obs. 1. n. 7. & 13. Reinking. d. l. n. 42. & seq.* Ad processus autem contra violatores obrinendos supplicans requisita ad unguem observet; neq; solùm originale (si jam antea insinuatam non est) privilegium exhibeat, idemque parti ante violationem cum admonitione esse insinuatam, verùm etiam expressè narret, contra tenorem privilegii ab ipso reo, vel jussu aut ratificatione illius ex proposito doloque malo actum esse. *Sixtin. de Reg. lib. 1. cap. 8. n. 9. & 10. Roding. in Pand. Cameral. lib. 1. tit. 16. th. 4. ibiq; Annot. Blum. in processu Cameral. tit. 39. th. 4. 7. & 10.* Solet enim contra transgressores cer-

ta multa, frequentiùs quinquaginta vel centum, rarissimè mille marcarum auri puri (quæ æstimatur 72. aureis, & juxta observantiam 96. Imperialibus solvitur, aureo floreno pro duobus currentibus sive vulgaribus computato. Blum. *d. l. tit. 30. th. 26.* Roding. *d. l. lib. 3. tit. 11. in voc. pœnale.*) in privilegio adjici. Sixtin. *lib. 2. cap. 8. n. 64. & seqq.* Pœna illa partim fisco, partim læso est solvenda. Fiscalis tamen ad suam partem agere nequit, si pars læsa non simul agat; sed tùm demum, quando pars ad vindictam egit, solet ex officio pro jure & interesse fisci omnes recessus, acta & actitata repetere, & Judicis cognitioni perpetratum facinus committere. Blum. *d. l. th. 11.*

XLIX. (7.) Privilegiatus contra privilegiatum non potest uti privilegio. *arg. l. si apud. 12. de minor. l. sed & 8. in pr. de excus. tut. l. spadonum. 15. §. 3. eod. cap. fin. X. de Ordin. cognit. Gothofr. in d. l. 12. quod intelligendum, si uterq; sit pariter privilegiatus. Gothofr. in d. l. 8. Ruland. de commissar. part. 4. lib. 2. cap. 4. n. 44.* Nam tùm quilibet relinquitur constitutioni juris communis. *arg. l. privilegia. 32. de reb. aut. jud. l. fin. §. 1. in fin. C. qui potior. in pign. l. 2. C. de privileg. fisc. Sichard. in l. 2. in fin. C. de SCt. Maced. Alexand. lib. 5. conf. 52. n. 8. Felin. in cap. in presentia. 8. n. 29. X. de probat. Menoch. lib. 2. de arbitr. jud. cap. 66. n. 39. circ. fin. Rennem. disp. de Princip. Jurisprud. 11. th. 52. lit. a. Frideric. de privileg. th. 178.* Secus ergò est, si alterum privilegium præponderet. Nam & minor restituitur contra filium famil. majorem. Magis enim ætatis, quàm SCti ratio habenda. *l. verum. 11. §. fin. ibiq; Br. de minor.* Et veterani contra veteranorum liberos à tutela non habent excusationem, quòd æqualitas honoris militiæ fortior videretur privilegio militum. *d. l. 8. pr. de excus. tut.* Ita si duo privilegiati concurrant, præfertur is, qui de damno evitando agit. *arg. l. fin. Ex quib. caus. major. ibiq; Gothofr. Br. in d. l. 11. §. pen. de minor. Bl. in Auth. quas actiones, in pr. C. de SS. Eccl. Ruland. d. cap. 4. n. 47. ut & is, cujus privilegium magis speciale. arg. cap. fin. vers. Præfatus. X. de præscript. cap. generi. 34. de R. I. in 6. Bl. d. l. Ruland. d. cap. 4. n. 46.* Unde, si pupillus, tanquam miserabilis persona, velit viduam convenire coram Principe; hæc verò malit ob privilegium sibi concessum coram Ordinario; ille non poterit uti privilegio suo contra ream conventam; quòd  
hujus

hujus privilegii magis conveniens sit juri communi adeoque  
preferendum. Covarruv. in pract. quest. cap. 7. n. 4. vers. Primus enim.  
& vers. Sexto idem. Menoch. d. n. 39. in pr.

L. Tantum de privilegiorum effectibus; videamus, quo-  
modo tollantur: de quo articulo tot esse Dd. opiniones, quot ca-  
pita; attestatur Panormitan. in cap. cum accessissent. 8. n. 6. pr. X. de con-  
stitut. Felin. ibid. n. 23. in fin. Gothofr. de privileg. th. 176. Tolluntur  
autem potissimum revocatione Concedentis, vel acquirentis re-  
nunciacione, immò & non usu atque abusu. Vid. Gl. in can. privi-  
legium. 60. caus. 11. quest. 3. & in cap. suggestum. 9. X. de decim. ubi sequens  
distichon adducit:

*Indultum tollit contemptus, crimen, abusus,  
Oppositum factum, damnum, tempus variatum.*

Nam si in privilegio certum tempus aut conditio adjecta, iis ces-  
santibus & privilegium cessare dicendum est. arg. l. in omnibus. 68.  
l. Neratius. 191. de R. l. d. l. 13. C. de excusat. muner. cap. ne pro defectu. 41.  
X. de elect. cap. cum cessante. 60. X. de appellat. Felin. in d. cap. 8. n. 24. X. de  
constitut. Sixtin. de Regal lib. 1. cap. 6. n. 41. Rennem d. disp. 11. th. 4. & seqq.  
& th. 35. & infr. th. 59. & seq. Ita minus dubium est, extinguere privile-  
gium per revocationem, si expressè insertum, ut ad beneplaci-  
tum Concedentis daret. arg. l. fideicommissa. 11. §. quanquam. 7. de leg.  
3. l. cum quidam. 24. de leg. 2. l. fideicommissa. 46. in pr. de fideicommiss. li-  
bert. Wehner. in Observat. invoc. auff Wolgefallen. Gothofr. d. privi-  
leg. th. 192. Reinking. lib. 2. class. 2. cap. 8. n. 29. Rennem. d. l. th. 39.  
lit. b. & f. qualia quandoq; in causis difficilioribus Principes con-  
cedere consueverunt. Gail. lib. 2. Observ. 16. n. 15. An verò tùm solâ  
morte dantis censebuntur revocata, disquiritur? Negant non-  
nulli per l. Jurisperitos. 30. pr. de excusat. tut. l. sufficit. 56. de condict. in-  
deb. Gail. d. l. n. 16. Wehner. d. l. Rennem. d. th. 39. lit. a. sed affir-  
mativa verior per l. locatio. 4. locat. cap. si gratiose §. de rescript. in 6 ibiq;  
Gl. in voc. expirat. cap. un. vers. ubi verò. Ne sed. vac. in 6. Sixtin. d. cap. 6.  
n. 44. Covarruv. lib. 3. variar. resolut. cap. 15. n. 2. Gothofr. de privileg.  
d. th. 192. Frideric. de privileg. th. 199. Reinking. d. cap. 8. n. 30. quam-  
quam usu contrarium observari, tradat Gail. d. n. 16.

LI Quamvis autem in dubio privilegium præsumatur ir-  
revocabile. arg. cap. decet. 16. de R. l. in 6. can. 1. can. si ea. 4. can. ita  
nos.

nos. 24. vers. *serventur. caus. 25. quest. 2. cap. ut privilegia. 24. X. de privileg. l. 2. C. de divers. rescript. Gl. in cap. suggestum. 9. X. de decim. Gothofr. in d. l. 30. in fin. pr. de excus. tut. Reink. d. cap. 8. n. 30. in fin. Frideric. de privileg. th. 182. tamen ob salutem publicam, quæ suprema lex est, cassari posse docent Dd. arg. l. 2. C. de privileg. scholar. l. obsistere 10. C. de annon. & tribut. l. 3. C. de primipil. l. 3. §. hi quoq. 15. ad Scutum Syllan. l. un. §. hæc autem. 14. C. de caduc. tollend. l. ita vulneratus. 51. §. 2. vers. *Multa enim & c. ad l. Aquil. Auth. res quæ. C. commun. de leg. Nov. 39. cap. 1. 2. F. 52. in pr. cap. 3. vers. unde. X. de postulat. Prælat. cap. 3. in fin. de sent. & rejud. in 6. Vid. Schurf. cent. 1. consil. 44. n. 17. & consil. 59. n. 24. Gail. lib. 2. Observ. 57. Sixtin. d. cap. 6. n. 14. Gothofr. de privileg. th. 193. Rennem. d. disp. 11. th. 39. lit. d. & e. Ita per R. I. de an. 1559. §. **Wo aber jemand**, omnia Statuum privilegia, si quæ ab anterioribus Imp. circa rem monetariâ nacti fuerint, dictæ Ordinationi adversantia, penitus abrogantur. Reink. d. cap. 8. n. 31. Pontifex omnia privilegia, quibus bannitos licebat impunè receptare, abolet. *Extravag. ad nostri Apostolatus. de privileg. Johan. XXI. ut & illa, quæ bonis Clericorum collectas imponi permittunt. cap. 3. in fin. de immun. Eccles. in 6. Add. cap. fin. in fin. de sent. excommun. in 6. & Bodin. de Republ. lib. 1. cap. 10. n. 165. Cæterum in generali cassatione vel revocatione privilegiorum, absque mentione singulari, non censi cassata vel revocata, quæ Corpore Juris sunt inclusa, constans est Dd. sententia. arg. l. 3. ibiq. Gl. in voc. Pragmatica. C. de silentiar. Castrenf. in l. 1. de constit. Princip. in fin. Jason ibid. n. 16. Panormit. in cap. cum instantiâ. 17. n. 5. X. de censib. Felin. in cap. nonnulli. 28. n. 3. circ. fin. & n. seq. X. de rescript. Gothofr. de privileg. th. 194. Frideric. de privileg. th. 204. Carpzov. I. F. part. 3. constit. 12. desin. 3. n. 5.***

LII, Et alibi idem Bodinus: Si Princeps, ait, cum exteris vel civibus contraxerit de iis, quæ ad Remp. pertinent, sine populi vel certè Curiarum decreto & consensu; si grave detrimentum ex pactis conventis Reip. infertur; Successorem legitimum teneri, æquum non est: multò minùs, etiamsi populi aut Senatus suffragiis Imperium acceperit; quia nihil omninò Juris habet ab Antecessore. Aliud igitur judicandum, si Imperium alterius concessione adeptus sit; tunc enim promissis illius obligaretur; nisi id directè exceptum esset. *d. lib. 1. de Rep. cap. 8. n. 106.*

Hinc

Hinc Gl. d. l. privilegia propter grande detrimentum & tempus variatum revocari posse. *arg. d. can. 24. vers. Non ergò. caus. 25. quest. 2. d. cap. 9. X. de decim. cap. pen. in pr. X. de consanguin. & affin. cap. fin. in pr. de sent. excomm. in 6. Fac. cap. quid per novale. 21. in fin. X. de V. S. cap. dilecti. 8. in fin. X. de decim. & privilegia intelligenda esse rebus sic stantibus, neq; trahi ad incogitata. arg. d. cap. pen. X. de consanguin. & affin. l. si convenerit. 14. in fin. l. verum est. 63. §. fin. vers. res verò. pro soc. l. quero. 54. §. fin. locat. Schurf. cent. 1. consil. 59. n. 25. Evioni Majori & ejus posteris à Philippo I. vel Henrico I. G. R. quod pro Rege sacram peregrinationem obiisset, omnium tributorum immunitas data erat; sed anno 1559. placuit, illam immunitatem de iis tantum accipiendam, quæ terrâ marique, non fluviis in proprium usum posteris accederent; postea verò ad ann. 1578. ad eas tantummodò vectigalis species redacta est, quæ tempore concessionis in Galliâ pensitabatur. Tandem parùm profuit quingentorum annorum possessio. Nam quia ingens eorum numerus, qui per provincias falsò se familiæ isti adscriberent, non minimo tributorum detrimento; abrogata penitus illa immunitas per constitutionem Henrici M. anno 1601. uti tradit Jacob. Gothofr. in comment. ad l. 1. C. Theodos. de annon. & tribut. vers. personales. circ. fin.*

LIII. Falluntur ergò, qui privilegia Successores obligare negant, & solâ morte concedentis promiscuè terminari asserunt: quos inter *Bodinus*, qui id, scitum est, *inquit*, non modò privilegia, sed ne leges quidem aut edicta mortuo Principe vim retinere suam; nisi consequentium Principum autoritate vel consensione tacitâ sanciantur. Nam cùm Bartolus ad Carolum IV. Germanorum Imp. legatus esset, ut Perusinæ civitatis privilegia confirmarentur; obtinuisse illud quidem, sed eâ conditione, ut tam diu vim haberent, quoad revocarentur à posteris Imp. quib⁹, etiam si clausula subjecta non fuisset, præjudicium nullum creari potuisset. Quamobrem Mich. Hospitalium, Franc. Cancellarium, privilegia vico S. Mauri à Carolo IX. Rege concessa, sigillo regio munire obstinato animo, etiam petente Reginâ matre Cath. Medicæâ, recusasse, propterea quòd perpetuam tributorum immunitatem continerent, contra naturam privilegiorum; quæ personis tribuantur, & consequentium Principum potestati præjudicare

E

dicare

dicare viderentur; neq; tamen, si in perpetuum concessa fuerint corporibus aut Collegiis, quæ sempiterna sunt, Principis largientis vitâ diuturniora esse futura; quæ si à populo vel Optimatum Rep. corporibus aut Universitati in perpetuum tribuantur, sempiterna fore necessum sit; aut certè, quàm diu civitas illa popularis statura sit. *Hæc Bodin. lib. 1. cap. 8. n. 85. Add. supr. th. 42. & 50. & Gothofr. de privil. th. 192.*

LIV. (2.) Renunciatione amitti vel extinguî privilegia certum est, ex juris antiqui regulâ. *in l. si quis. 51. C. de Episc. & Cleric. l. pen. C. de pact. l. pactum. 46. in fin. eod. l. si iudex. 41. de minor. cap. cum accessissent. 8. in fin. X. de constit. cap. si de terrâ. 6. X. de privileg. l. cum furiosus. 39. §. 1. de judic. cap. si diligenti. 12. in fin. X. de for. compet. Ant. Fab. in Cod. lib. 3. tit. 16. de fin. 2. n. 3. Sixtin de Regal. lib. 1. cap. 6. n. 29. in fin. Reneman. de princip. Jurisprud. disp. 11. th. 44. & seqq. modò expressè vel tacitè, factò scilicet contrario de ipsâ renunciatione vel contemtu constet, arg. cap. accedentibus. 15. X. de privileg. d. l. 41. de minor. Gl. in d. can. 60. caus. 11. quest. 3. & in d. cap. 9. X. de decim. Alexand. volum. 5. consil. 33. n. 21. Nulla enim ratio verisimile reddit, ut quispiam beneficium, multis fortè impensis & laboribus acquisitum, quo sustentari debet, facilè sine magnâ causâ & suâ sponte resignet. cap. super hoc 5. X. de renunt. cap. 2. X. de restit. spoliat. Menoch. lib. 6. presunt. 41. n. 1. & 2. Solus autem conatus non sufficit ad renunciationem. Felin. in d. cap. 8. n. 30. vers. Sextò limita. X. de constitut. Menoch. d. l. n. 12. sed verè actum contrarium intervenisse necesse est, licet unicum. arg. l. Prator. 13. §. 3. de vacat. & excusat. muner. l. item. 4. in fin. Ex quib. caus. major. cap. pro illorum. 22. X. de prebend. & dignit. Br. in d. §. 3. Alexand. volum. 2. consil. 103. n. 1. Schurf. cent. 1. consil. 14. n. 2. Frideric. de privileg. th. 192. Unde si onus sponte subeat fortè privilegiatus, protestari debet, ne actus sibi sit præjudicio. Alexand. vol. 5. consil. 33. n. 7. Felin. d. l. vers. Quintò limita. Schurf. d. l. consil. 59. n. 33. & cent. 3. consil. 39. n. 18. aut si invito imponatur, intra decendum appellare. arg. l. 1. §. 2. Quando appelland. l. his qui. 7. C. de appellat. Alexand. vol. 2. consil. 136. n. 10. & seq. Felin. d. l. n. 28. vers. Ad idem. Frideric. de privileg. th. 191. Add. Menoch. d. l. n. 14. & seqq. Quod de unico actu diximus, intelligendû de effectu privilegii momentaneo. arg. l. 2. C. de jur. domin. impetr. non item successivo; quippe, qui per unicum*

cum actum non amittitur. *arg. l. voluntaria. 12. C. de excusat. tut. Br. in l. 2. circ. fin. de constit. Princip. & in l. 2. de veteran. Alexand. volum. 5. consil. 33. n. 8. Schurf. cent. 1. consil. 59. n. 32. Rennem. d. disp. 11. th. 46. lit. b. & c. maximè si actus ille contrarius aliam, quàm renunciationis explicationem admittat Br. in l. 2. in fin. de decur. Felin. in d. cap. 8. n. 29. de constit. Gothofr. in d. l. 12. C. de excus. tut. & de privileg. th. 184. & 187.*

L V. Renunciatio autem sui juris semel & scienter facta ex pœnitentiâ revocari non potest. *d. l. 46. de pact. l. queritur. 14. §. si venditor. 9. de edil. edict. l. fin. C. de condit. insert. l. fin. §. fin. C. de bon. quæ liber. Gl. in l. adoptare. 37. §. 1. de adope. Alexand. vol. 2. consil. 103. n. 12. Schurf. d. consil. 14. n. 2. Non enim frui debet legis beneficio, quam quis contemnendam censuit. l. fin. §. sin verò. 12. C. de jur. de lib. ne ludibrio esse videatur. d. l. fin. vers. Non autem. C. de bon. quæ liber. Neque tamen aliis, qui ex privilegio jus quæsitum habent, renunciatio illa nocet; uti nec contraventio singulorum, privilegio Ecclesiæ vel Universitatis præjudicare poterit. *arg. cap. cum olim. 14. vers. Quod si alias. X. de privileg. l. de pupillo. 5. §. si plurium. 5. de N. O. N. l. cum solus. 68. de acquir. vel omitt. hered. Gail. lib. 2. Observ. 60. n. 12. in fin. Menoch. d. lib. 6. presunt. 41. n. 5. Quin imò sicuti factum Prælati vel Magistratus non potest nocere privilegio Ecclesiæ vel civitati concessio. arg. d. cap. 12. in fin. X. de for. compet. Felin. in d. cap. 8. n. 28. vers. Tertio limita. & n. seq. de constit. Gail. d. l. n. 13. ita viceversâ neque ob contraventionem civium amittitur privilegium civitatis. Felin. d. vers. Tertio. Gail. d. l. n. 14. & lib. 2. de P. P. cap. 9. n. 4. & de Arrest. cap. 10. in fin. Ruland. de Commissar. part. 4. lib. 2. cap. 4. n. 138. Rennem. d. disp. 11. th. 46. lit. c. Frideric. de privileg. th. 193. Add. infr. th. 59. & seq. nisi accedat expressa vel etiam tacita ratificatio populi, seu Universitatis, putà Regentium, dum scilicet delinquentes non puniunt. Felin. in cap. dilectus. 30. n. 6. & seqq. X. de simon. Myns. cent. 4. Observ. 79. n. 4. & seq.**

LVI. Sed fingamus, Consiliarium Principis diploma Nobilitatis ex gratiâ speciali amico cuidam mercatori vendidisse promissis pro eo 300 scutatis, quam summam Princeps Consiliario fortè debebat, & ipse datâ apochâ ex ærario se accepisse professus fuerat, sub spe numerationis per mercatorem præstandæ.

Moritur hic; ejusque liberi, quòd ob paupertatem oneribus Nobilitatis impares essent, petunt restitutionem in integrum contra diploma & ejus pretium sive taxam. Quæritur, an recte? *Anton. Faber* in supremo Sabaudia Tribunali auditos fuisse, *negat*, condemnatos tamen Consilarii hæredes, ut suis sumptibus literas in forma probante procurarent. Nam à Principe solùm & Secretario erant subscriptæ, nondum autem à Cancellario visæ & approbatæ nec sigillo munitæ; homologationem autem vel verificationem in supremâ Rationalium curiâ impetrantis hæredum sumptibus fieri debuisse &c. *in Cod. lib. 9. tit. 29. defm. 26. Add. supr. th. 15.*

LVII. (3.) Non usu & quidem per decennium amittuntur illa privilegia, quibus licentia quædam faciendi contra jus commune concessa est. *arg. l. 1. de nundin. Gail. lib. 2. Observ. 60. in pr. & n. 1. ibiq;* *Græv. in pr. n. 3. Baro Enenckel de privileg. lib. 3. cap. 15. n. 27. Menoch. lib. 6. presunt. 41. n. 61. modò facultatem agendi habuerint. arg. l. unus ex sociis. 34. §. 1. & l. seq. de S. P. R. Gl. in cap. Abbate. 25. in voc. donec. X. de V. S. Menoch. d. l. in fin. Gothofr. de privileg. th. 180. lit. d. Rennem. disp. 11 th. 49. lit. a. & seqq. licet enim per mille annos privilegio quis usus non sit, cum scilicet occasio se non offerret, non censetur amissum. Enenkel. d. cap. 15. n. 31. Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 6. n. 33. Græv. d. conclus. 60. confid. 2. n. 2. & 4. ubi asserenti casum contigisse, ait, esse probandum. Nam negligentia per tantum tempus non utentis hîc quodammodò punitur. Gl. in d. can. 60. caus. 11. quest. 3. & in cap. 9. X. de decim. Gail. d. Observ. 60. n. 2. Sixtin. d. cap. 6. n. 40. & aliàs agere non valenti, non currit præscriptio. *arg. l. 1. in fin. C. de annal. except. Deinde nec amittitur decennio privilegium; si facultas faciendi committatur arbitrio privilegiati, aut si privilegium habeat clausulam annullativam. Felin. in d. cap. 8. n. 26. & seqq. X. de constitut. Gail. d. Observ. 60. n. 9. ibiq;* *Græv. confid. 3. n. 1. Schurf. cent. 1. conf. 14. n. 3. & cent. 3. consil. 90. n. 43. Gothofr. de privileg. th. 180. lit. b. & c. Rennem. d. l. th. 50. Quando enim de Superioris intentione constat, inferioris contraventio nihil operatur. arg. cap. dilecto. 25. circ. fin. ibiq;* *Gl. in voc. clausula. X. de prabend. Gail. d. l. n. 12. circ. fin. Gothofr. d. lit. c. Tempus autem decennii non currit à tempore, quo privilegium obtentum;**



tentum; sed à die, quo casus utendi evenit. Græv. d. conclus. 60. in pr. n. 4. Anton. Fab. in Cod. lib. 7. tit. 13. de fin. 10. ubi etiam per non usum longissimi temporis privilegia amitti docet.

LVIII. In privilegiis autem, quæ in non faciendo constitunt, unus actus directò contrarius, ad amissionem sufficit. arg. d. cap. 8. ibiq; Panormit. n. 7. X. de constitut. cap. 3. vers. quia verò. X. de his, quæ fiunt à major. part. d. cap. 22. X. de præbend. Gail. d. Obs. 60. n. 10. & seqq. & ibi Græv. confid. 5. n. 5. Baro Eneenckel. d. cap. 15. n. 7. vid. supr. th. 54. Ita qui semel sponte susceperit decurionatum absq; adjectâ protectione, ab aliis muneribus ampliùs excusari nequit. l. 1. & 2. C. de his, qui sponte. l. pen. §. fin. de jur. immunit. Fac. l. 3. C. de Decur. Panormit. in d. cap. 8. n. 6. vers. item pondera. X. de constit. Gail. d. Obs. 60. n. 12. Cæterùm si agatur de amissione privilegii Ecclesiæ concessi, requiritur 40. annorum præscriptio. arg. cap. si de terrâ. 6. cap. accedentibus. 15. X. de privileg. ibiq; Gl. in voc. per 40. annos. Panormit. in d. cap. 8. de constitut. n. 6. circ. fin. Schurf. cent. 1. consil. 59. n. 34. Gail. d. Obs. 60. n. 9. & 12. in fin. Menoch. d. lib. 6. præsumt. 41. n. fin. Ruland. de commissar. part. 4. lib. 2. cap. 4. n. 126. Rennem. disp. 11. th. 49. lit. e. & f. Add. Gothofr. de privileg. th. 180. lit. a. Eneenckel d. cap. 15. n. 16. Græv. d. conclus. 60. confid. 5. n. 7. & 8.

LIX. (4.) Amittere privilegium, qui concessâ sibi abutuntur potestate, passim dicitur. in can. ubi ista. 7. dist. 73. can. privilegium. 60. caus. 11. quest. 3. can. si decet. 22. caus. 25. quest. 2. cap. fin. X. de rescript. cap. venerabilem. 34. vers. unde. X. de elect. cap. 1. vers. licet autem. X. de postulat. Prælat. cap. tuarum. 11. vers. Verùm. cap. ut privilegia. 24. in pr. X. de privileg. Gothofr. de privil. th. 182. & 186. Frider. de privileg. th. 188. Debet enim quis puniri in eo, in quo peccavit. cap. 3. vers. cæterùm. X. de translat. Episcop. & nulla est excusatio adversus præcepta legum ei, qui, dum leges invocat, contra eas comittit. l. nec filium. 37. in fin. de minor. Add. supr. th. 55. Quanquam autem ii quoq; privilegiis abuti videantur, qui temerè iis renuntiant. arg. l. si judex. 41. de minor. l. fin. §. fin. vers. Non autem. C. de bon. quæ liber. aut negligentius tractant. arg. l. non enim. 16. Ex quib. caus. major. l. pen. in fin. Quæ in fraud. creditor. l. qui solidū. 78. §. 2. de leg. 2. cap. pro illorum. 22. X. de præbend. & dignitat. tamen hic abusus abscisè intelligitur, ubi quis in ipsum privilegium committit vel delinquit, neque ea servat, quæ ex naturâ privilegii vel conditione additâ servare debebat.

LX. Ita religioſè viventes, cùm à religione ceſſaverint, privilegiis exuuntur, quæ religioſa converſatio meruit. *can. fin. circ. fin. cauſ. 25. queſt. 2.* & dolo malo abuti, adeoq; privilegio indignus dicitur, qui præbendam ſtudiorum gratiã accepit, ſtudia autem non exercet. *in cap. tuæ. 12. X. de Cleric. non reſid. vid. ſupr. th. 25. & 39.* qui privilegium ordinandi accepit, ſi invitoſ & repugnanteſ ordinet. *in d. can. 7. diſt. 73. aut non idoneoſ. can. ſi qui. 23. cauſ. 25. queſt. 2.* qui poſtulandi poteſtatem habet, ſi poſtulet indignum. *in d. cap. 1. X. de poſtulat. Prælat.* qui juſ colligendi eleemoſynas nactus eſt, ſi per illiteratoſ illud exercent. *d. cap. 11. X. de privileg.* Ita qui per mendacium negavit ſe eſſe ſocium, non utitur privilegio competentia. *arg. l. ſi unus. 67. in fin. pro ſoc. l. ſed hoc. 22. in fin. ibiq; Gothofr. de re jud. neque beneficium diviſionis competit ei, qui inficiatus eſt, ſe eſſe fidejuſſorem. l. ſi dubitet. 10. §. 1. de fidejuſſ.* Neq; malè *Dd.* ſtatuunt, amitti privilegia, ſi quiſ ad requiſitionem Concedentis eorundem titulum edere nolit. *arg. cap. cùm perſona. 7. de privileg. in 6. vid. Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 6. n. 63. & ſeqq.*

LXI. Natura autem privilegii hoc quoque requirit, ut beneficiarius de eo, à quo beneficium habet, optimè mereri pergat. *arg. l. ſed eſi. 25. §. conſuluit. 11. de hered. petit. l. cùm quiſ. 10. verſ. cùm gratias. C. de natural. lib. 1. ingratus. 19. de jur. patronat.* ſeque juxta conſuetam formulam, humiliter, devotè, benignè & fideliter erga Dominum gerat. *2. Feud. 23. verſ. Quomodo.* Nam privilegia ſunt beneficia, quæ dantur propter officia. *2. Feud. 21. cap. 3. & pen. X. de Cleric. non reſid. Gail. de Arreſt. cap. 10. n. 12.* Neque irreverenter Principiſ gratiã abuti decet, ei que legem imponere, quam ipſe negliget obſervare. *d. cap. 22. X. de præbend. & dignit.* Imò reatuſ omnem honorem privilegii excludit. *l. 1. C. ubi Senator. l. 2. in fin. de jur. patron. l. etiam liberis. 5. C. de obſeq. patron. l. 2. C. de libert.* Non enim malevolis ſed benevolis adeoq; gratitudiniſ cauſa cenſentur privilegia data. *arg. can. fin. verſ. Egeat ergò. cauſ. 25. queſt. 2. Gail. lib. 2. Obſ. 157. n. 5. & de Arreſt. d. cap. 10. n. 9. & 12. Gothofr. de privileg. th. 185. Rennem. diſp. 11. th. 47.*

LXII. Neque verò penitèſ excipimus, qui ex contractu privilegia ſunt conſecuti. Eſi enim non gratuitum, beneficium tamen accepere. *arg. l. 3. in fin. de obſeq. par. & patron. præſtand. l. 3. C. eod.* Ex quibus autem ingrati tudiniſ cauſiſ beneficium amittatur, certâ

certâ regulâ difiniri non potest, sed ex naturalibus & bonis Curiarum consuetudinibus percipi debet. *d. vers. Quomodo. 2. Feud. 23. & ibi Feudist.* & ex ipso privilegii tenore, qui diligenter inspiciendus. *cap. recepimus. 8. X. de privileg. vid. supr. th. 2.* Cautum tamen, ut qui Clericum occidat vel mutilet, beneficia Ecclesiastica omnia amittat. *cap. ad aures. 10. & cap. in quibusdam. 12. X. de pœn. Fac. can. si qui Episcopi. 23. in fin. caus. 25. quest. 2.* uti quoque ille, qui amplectitur hæresin ab Ecclesiâ damnatam. *l. 1. C. de hæretic.* qui contra fidem homagii præstiti, ac debitam reverentiam semel iterumque Dominum suum abnegaverit, vel ejus hostibus causam vel consilium præbuerit. *arg. cap. gravem. 15. X. de excess. Pralat.* multò magis, qui perduellionis crimen commisit. *arg. l. quisquis. 5. in fin. pr. C. ad l. Jul. Majest. Sixtin. de Regal. d. cap. 6. n. 39. Rennem. d. disp. 11. th. 47. lit. b.*

LXIII. Definit autem generaliter *Bl.* ex quibus causis liberti revocari possint in servitutem, ex iisdem causis exemptos posse revocari in statum pristinum. *in l. 2. in fin. C. de libert. & eorum liber.* Et liberti quidem si quid contra patronum peccent in omitendo. v. g. si obsequium non præstent, non revocantur in servitutem; sed solummodò castigantur sub cominatione severitatis non defuturæ, si rursus causam querelæ præbuerint. *l. 1. de jur. patron. l. ingratus. 19. eod. l. solo. 30. C. de liber. caus.* Exceptio est, si quid omittant, ex quo vita patroni periclitetur, v. g. si paupertate vel corporis valetudine laborantes derelinquant. *l. alimenta. 6. in pr. & §. 1. de agnosc. & alend. liber.* si verò delinquant in faciendo, etiam propter levissimas injurias amissione libertatis puniuntur, v. g. si ex nequitia servilis ingenii aut quadam jactantiâ vel contumaciâ cervicem adversus patronos erexerint, contumeliâ fecerint, convitium dixerint. *d. l. 2. & 3. C. de libert. & eor. lib. d. l. 1. de jur. patronat.* in atrocioribus autem injuriis, ut, si manus iis intulerint, eorum vitæ quomodocunq; fuerint insidiari, sive ipsi accusent calumniosè, sive alios subornent, non modò libertatem amittunt, etiam si patronus jus suum remiserit, sed gravioribus quoq; pœnis subjacent. *Nov. 78. cap. 2. d. l. 1. de jur. patron. d. l. 6. de agnosc. & alend. liber. vid. Gl. in d. l. 2. in voc. patronus. C. de libert. & eor. liber. ibiq; Bl. d. l. & Salic. n. 2.*

LXIV. Sed & in Imperio nostro, qui in pœnam banni declaran-

clarantur, amittunt privilegia. *arg. l. si quis. §. 1. de public. jud. Gail. lib. 1. Observ. 1. n. 38. & de P. P. lib. 2. cap. 1. n. 23. & seqq. & cap. 12. n. 10. Rulant de commissar. part. 4. lib. 2. cap. 2. n. 25. Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 6. n. 55. Rennem. d. disp. 11. th. 42. lit. a. etiamsi ob solam contumaciam sint banniti. Gail. d. l. cap. 5. n. 12. Sixtin. d. l. n. 56. quamquam facilius reditus in gratiam in banno contumaciæ, quam delicti. Gail. d. n. 12. & cap. 6. n. 4. & seqq. & cap. 18. n. 13. & seqq. Ita civitas, castrum, Ecclesia vel Collegium per sententiam Superioris, ob delictum destructa vel sublata privilegiis privantur. *arg. l. si ususfr. 21. Quib. mod. ususfr. amitt. Innocent. in cap. 2. n. 2. X. de N. O. N. Alexand. vol. 1. consil. 43. n. 2. Gail. lib. 2. Obs. 61. n. 1. & seqq. ibiq. Græv. n. 5. Sixtin. d. cap. 6. n. 45. & seqq. Frideric. de privileg. th. 201. non item, si ob devastationem hostium vel tyrannidem ipsius Superioris. Innocent. d. n. 2. Gail. d. l. n. 5. & seqq. Sixtin. d. l. n. 50. aut ob chasma, incendium, terræ motum, inundationem. Sixtin. d. l. n. 51. & seq. Add. Gothofr. de privileg. th. 187. lit. b. Rennem. d. l. th. 42. lit. e. Recuperantur autem privilegia, si Ecclesia, civitas &c. ex voluntate & licentiâ Principis restaurentur. Gail. d. Obs. 61. n. 4. & 14. uti quoque bannitus Cæsari, Imperio & partilæ sæ reconciliatus omnia jura recipit amissa. Gail. de P. P. lib. 2. cap. 1. n. 26. in med. & cap. 19. n. 1. 27. & seqq. Quid, si conjunctim aufugiant cives urbemque derelinquant desertam absque revertendi animo? Amitti privilegia vult Gl. in d. l. 21. in voc. Carthago. Gothofr. de privileg. d. lit. b. Rulant d. cap. 2. n. 24. vers. si sic, quo casu. Sixtin. d. l. n. 53. secus est, si alibi novam sibi sedem quærant. Gl. d. l. in fin. Gail. d. Observ. 61. n. 5. & 8. ibiq. Græv. consil. 1. n. 6. Rulant d. n. 24. in fin. Sixtin. d. l. n. 54. & lib. 2. cap. 13. n. 70. & seqq.**

Tantum!

❁):(o):(❁  
❁

02 I 114

ULB Halle 3  
003 102 785



1017







NGI - VOLMARI  
dlern,  
Austr. Equitis,

*JURIDICA*

**REGIIS.**

RATI  
DOLHOFFI,  
XXXI,

